UTrum augmentū charitatis fiat p gradus. q̄ non. qz forma habens gradus non est omino incōpossibilis cuz suo cōtrario. sed charitas omino ē incōpossibilis qz charitas fozas mittit timoz̄. ¶ Contra. Augmētuz charitatis cōparat augmēto corporis p̄m aplm. ¶ Hic sunt q̄ttuoz difficilia inq̄rēda. ¶ Primū est si augmentū charitatis fit p q̄dus qđ est p̄ncipale q̄situm. ¶ 2m si illi gradus sūt realiter distincti. ¶ 3m ē. si aduenięte gradu sequē te p̄cedens corrūpatur: sicut multi dicūt. ¶ 4m si ille gradus q̄ aduenit in augmento sit charitas sicut prioz. ¶ Ctum ad primū dicūt aliqui q̄ augmētū forme non fit p gradus: sed p simplicem influxū a minus pfecto ad magis perfectum. qz vbi diuersitas graduū: ibi diuersitas formarū. sed diuerse forme non sunt eiusdē rationis. ¶ tūc non fieret p gradus eiusdē rōnis. ¶ Similiter omne continens in se aliqua distincta: oportet q̄ illud cōponat ex eis. ¶ sic charitas erit cōposita. ¶ Cōtra istud arguo q̄drupliter. ¶ Primo sic. Sic impossibile ē fieri augmētū extensiuū nisi p ptes extensiuas: ita nec intēsiuū cuiusmodi est augmentū charitatis nisi p ptes intēsiuas. sed huiusmodi ptes sunt q̄dus ergo augmentū charitatis fit p gradus ¶ 2° sic Ex illis necessario fit augmentū in que necessario resoluitur augmētatū: sed in ptes homogeneas resoluitur: sicut patet in diuisione linee q̄ est q̄daz resolutio. ergo eodē modo fiet augmētum intēsiuū p gradus. ¶ 3° sic ¶ Processus a minus pfecto ad magis pfectum est q̄dam ascensus: sed oīs ascensus necessario fit p gradus ergo p̄cessus iste fiet p gradus. sed p̄cessus iste non est aliud q̄ augmentū. q̄ ꝛc. ¶ 4° sic. Nulla eminētia pōt intelligi nisi p aliquē gradum. qz eminētia entitatis necessario attendit̄ p̄m q̄dus entitatis in pfectionib⁹. sed charitas post augmentū est pfectioz. ergo oportet q̄ hoc itel ligatur esse p gradū. Ido dico q̄ gradus sicut ptes possunt intelligi homogenei vl̄ etherogenei. si intelligant̄ scdo mō non fit augmentū p gradus. qz tunc vltim⁹ nō esset eiusdē rōnis cum prioz. si aūt intelligāt̄ p̄mo mō dico q̄ fit p gradus ꝛ p ptes. Et hoc cōfirmat̄. Oīne enq̄ qđ est diuisibile habet ptes. sed forma q̄ est augmētabilis est diuisibilis. qz diuidit̄ p motuz. ergo necessario habet ptes. Sz ꝓtra hoc instatur q̄drupliciter. ¶ Primo sic Quicūq; ponit intensionē fieri p q̄dus: necessario habet ponere ordinez essentialē inter eos. qz pfectioz necessario p̄supponit impfectionē essentialiter. qz illū includit ꝛ amplius. sicut calidū ordine essentiali p̄supponit tepidū. sed inter q̄cūq; ordo essentialis illa non sunt eiusdez speciei. ergo illi gradus nō sūt eiusdē speciei. ꝛ sic fiat augmētū ex etherogeneis ꝛ ñ ex homogeneis. ¶ 2° sic. Omnis gradus habet ptes. qz q̄ inducit̄ successiue habet ptes. sed ptes nō sunt nisi gradus. ergo gradus habet gradus. ꝛ alius q̄dus alios. ꝛ sic in gradib⁹ erit p̄cessus in infinitū. ¶ 3° sic. Omne diuisibile in infinitū ē vere ꝓtinuū. sed charitas ē diuisibilis in infinitū. ergo ē vere cōtinua. maioz ptz ex diffinitiōe ꝓtinui. miōz ptz qz in gradib⁹ ponit̄ p̄cessus in infinitū. ¶ 4° sic Quādocūq; aliq̄d ē i potentia ad aliud sic̄ pfectibile ad pfectionē. illa eiusdez rōnis esse non possūt. sed si charitas augeat̄ p gradus vnus erit in potētia respectu alteri⁹: ꝛ pficietur p eū ergo diuerse rōnis erūt. ¶ Ad p̄mū dico q̄ nullus essentialis ordo ē inter istos q̄dus: sed p̄cise accidētalis. sicut nec inter ptes linee. vnde sicut p̄ma ps linee posset esse vltima ꝛ media. sic p̄im⁹ gradus posset esse vltim⁹. ¶ Ad illud autem de tepiditate est sciendū q̄ sicut in ptibus linee cōsideram⁹ p̄mo rōnem linee inq̄tū est talis species q̄titatis. ꝛ vt sic oīes ptes sūt eiusdem rōnis. ꝛ p̄ter hoc cōsideramus ptes linee vt induūt quādam rōnem numeri. s. bicubitū: vel tricubitū. ꝛ vt sic non ē incōueniēs q̄ sicut dualitas p̄cedit ordine essentiali ternitatez. ita ps linee vt accipit rōnem dualitatis. ꝛ dicitur bicubita. essentiali ordine p̄cedit aliam ptē vt induit rōnem ternitatis: ꝛ dicit̄ tricubita. Sic dico in ꝓposito. Si enq̄ ꝓsiderem⁹ formaz tepiditatis inq̄tum p̄cise est talis qualitas sic dico q̄ non p̄supponitur a calore inq̄tum calor talis forma est. qz tepiditas vt sic. ꝛ calor vt sic: sunt eiusdē rōnis oino: ꝛ nō plus vnū p̄cedit essentialiter aliud q̄ ecōuerso. Si autē cōsideretur qualitas illa que est tepiditas nō simpliciter. ſ vt induit rōnem numeri sic dicit̄ tepiditas illa p̄supponi. hoc ē calor tot graduū. ꝛ calor vel caliditas ōz eadem forma vt induit rōnem maioris numeri. ꝛ sic accipiēdo dico q̄ sicut bicubitū ordine essentiali p̄ceditur a monocubito: ita caliditas a tepiditate ꝛ nō alio modo. et sic ptz ad illud. ¶ Ad 2m dico q̄ sicut in sensibilib⁹ formis que induūt̄ p motuz est diuisibilitas: modo illo quo est in q̄titate. ita eodez modo ē diuisibilitas in ptib⁹ spiritualib⁹. ꝛ diuisibilitas etiā in infinitū. quia hoc cōuenit q̄titati. ¶ Ad 3m dico q̄ sic̄ in formis sensibilib⁹ imaginamur duplicem cōtinuationē vnā extensiuā p̄m quā coextēdit̄ suo subiecto: vt si aqua addit̄ aque ꝛ ꝓtinue oportet imaginari ꝓtinuationē cuiuslibet q̄litatis. ꝛ sic frigiditas cōtinuat̄ frigiditati. ꝛ de ista loquēdo non est dubium q̄ talis

cõtinuitas nõ est in charitate nec in aliqua forma que habet eẽ in ſbo inextẽſo ⁊ ſpũali ¶ Aliã autẽ imaginamur cõtinuationẽ in forma ſenſibili que nõ est ſm q̃titatẽ extenſiuã vt ſcz coextendat ſbo. ſed ſm apoſitionẽ graduũ eiuſdẽ rõnis. et iſta nõ est p̃ma. pbo qz que diſtinctis motibus acq̃runt illa ſunt neceſſario diſtincta huiuſmodi ſunt iſte cõtinuitates. Nam ex motu additionis q̃ fit quãdo addit aqua aque: fit ⁊ acq̃ritur cõtinuitas frigiditatis extẽſiua: ita q̃ maior est frigiditas. id ẽ. magis extẽſa. ſ nõ est intẽſior. ſi autẽ circa eandẽ aquã apponatur vel approximet ignis: fit diminutio frigiditatꝭ ꝯtinue non q̃tum ad primã ꝯtinuitatẽ: ſ q̃tuz ad 2am. ⁊ ſimiliter ſi ponat aliquid qđ põt intẽdere frigiditatez tũc cõtinuitas intẽſa que prius non acq̃rebatur: nũc acq̃ritur. ⁊ qz ſic ſunt i eadem forma diſtincte poterit vna. ſ. intenſiua inueniri in ſpũalib⁹ ⁊ non extẽſiua. ⁊ iſtã dico inueniri ⁊ eſſe in charitate. ¶ Ad 4m dico q̃ non est imaginãdũ q̃ vn⁹ q̃dus ſit i potẽtia ad aliũ gradũ. ſed ſicut quãdo linea ꝓtrahitur ſuperficies habẽs vnã ptem linee ẽ in potẽtia ad 2am: et non vna ps linee ẽ in potẽtia ad aliã. ita eodez modo qñ charitas augetur vna ps nõ est i potentia ad aliã. ſed volũtas totum recipiẽs quantam habet vnã ptem est i potẽtia ad aliã. ¶ Sz ſ ſũt aliq̃ diffi. ¶ Prima ẽ. qz nõ videt ꝓpter intenſionẽ forme: neceſſariũ tales gradus ponere. qz vnus angelus in pfectiõe excedit aliũ: et tales ptes nõ habet: nec tales gradus. ergo eodem modo dicet de charitate. Dico q̃ ſi angelus poſſet p motũ augeri nec⁹ ꝯcluderet q̃ haberet ptes ⁊ realiter diſtinctas. qz impoſſibile est motũ acq̃ſitionis terminare ad aliquid preexiſtens. augmẽtatio autẽ est talis motus. ¶ 2a diffi. Si iſti gradus in forma ſũt terminati vel ſiḡti ſm aliquã certã q̃titatẽ. dico q̃ nõ. ſed ſicut in ptibus ꝯtinui nulla est ſiḡtio in actu ſed in potentia. ſed qz ſunt vniformes ⁊ eiuſdẽ rationis. Ad placitũ est talia ſm intellectũ ſiḡre ſm q̃titatẽ quãcũq̃. Ita dico de gradib⁹ forme. qz ex ſe ſiḡtiui non ſũt. ſ ꝓpter vniformitatem in poteſtate noſtri intellect⁹ ẽ ſiḡre ſm maiorem vl̃ minorẽ quãtitatẽ. ¶ 3a di. est ãre prior p̃mo producit q̃ poſterior. Dico q̃ eſſentialis ordo nõ est inter iſta. ſed ſolũ accidẽtalis. ⁊ iõ non plus repuḡt p̃mo produci vltimo: ⁊ vltimo prius q̃ econuerſo. ⁊ ſic ad illud. ¶ 4a. di. ẽ. Si priores poſſunt deſtrui poſterioriḃ⁹ remanẽtibus. Dico q̃ ſic cũ vnus nõ dependeat ab alio. qz ſunt eiuſdẽ rõnis ⁊ oino vniformes. Jõo ſicẽ p̃mus ſine alijs põt eſſe ita alij ſine p̃mo ¶ 5a di. Qualis est iſta cõtinuitas q̃ ponis. Dico q̃ q̃ ſcit p̃cindere intenſionẽ ab extenſione facile est videre. nam iſta cõtinuitas est intẽſiua ⁊ nõ extenſiua. ¶ Ad cuiꝰ intellectũ est ſciendũ q̃ iſta ſunt eſſentialiter ordinata. ſ. homogeneitas. ꝓceſſus in infinitũ. acq̃ſibilitas p motũ. ⁊ ꝯtinuitas. Ordo autẽ iſtoꝝ pbat. Nam ex hoc pbatur q̃ aliq̃d homogeneũ est ex hoc q̃ est diuiſibile in infinitũ. vnde Aug⁹ querit quare corpꝰ est diuiſibile in infinitũ. ⁊ reſpõdet. qz totũ habet mediũ. ⁊ illud mediũ habet aliud medium ⁊ hoc ꝓſuadetur demõſtratiue ſic. quãdo ſunt aliqua eiuſdẽ rõnis ⁊ homogenea. q̃quid ẽ dõ mõſtrabile de vno ⁊ de alio. ſed i homogeneis totum ⁊ ps ſunt eiuſdẽ rõnis. ergo cum diuiſibilitas ſit demõſtrabilis de toto ſequit q̃ ⁊ de qualibet eius pte. ⁊ ſic quelibet ps ẽ diuiſibil'. ⁊ hoc pbatur ex homogeneitate ¶ Ex ꝟ autez q̃ homogeneũ est diuiſibile in infinitũ: ſeq̃tur q̃ illud est acq̃ſibile p motũ. quia ex quo in aliquo ſunt ptes infinite ⁊ diuiſibiles ſucceſſiue: ſeq̃tur q̃ illud est acq̃ſibile p motum Ex ꝟ aũt q̃ est acq̃ſibile p motuz. ſeq̃t q̃ ſit ꝯtinuũ: qz ſi non eſſet acq̃ſibile niſi per mutatiões que non poſſunt cõtinuari. qz ergo motꝰ non est niſi aliq̃d ꝯtinuũ. ſeq̃tur q̃ illa forma ad quaz ẽ motꝰ est ꝯtinua. ¶ Ex iſtis omnibꝰ apparet q̃ oportet ponere iſtam formã ꝯtinuã nõ autẽ ꝯtinuitate extẽſiua eo q̃ ſit in ſbo inextẽſo et indiuiſibili. ſed intẽſiua p̃ciſe. 6a di. Quia ex omnibꝰ iſtis videtur ſequi q̃ charitas poſſit p motũ acq̃ri cuz ſit diuiſibilis in infinitũ ⁊ cõtinua. ¶ Dico q̃ ei non repuḡt ex ſua natura ꝓpter intẽſionem quã habet ſiẽ ⁊ caliditas. ⁊ iõo poſſet adeo ſucceſſiue infundi. qz cum deus ſubito creat de facto dico q̃ est opoſitũ. Eodẽ modo dico dõ virtute acq̃ſita. qz caſus ſubito cauſat. ⁊ ſic q̃tum ad p̃muz articulũ. ¶ Ad tuz ad 2m difficile videt dũ ẽ vtrum iſti gradus ſint realiter diſtincti. ⁊ dicunt aliq̃ q̃ non: ſed cadũt omes in vnã actualem realitatẽ. qz ex diſtinctis in actu nõ põt fieri vnũ niſi alterũ ſit in potentia: ⁊ aliud i actu ¶ Cõtra hoc arguo q̃druplic̃iter. ¶ Primo ſic. Añ aliqua ſic ſe habẽt q̃ vnũ põt ꝓduci dõ nouo reliquo non ꝓducto: illa ſũt realiter diſtincta. ſed hmõi ſunt gradus iſti quos ponim⁹ in forma. ergo ⁊c. ¶ 2° ſic. quando aliqua ſic ſe habent q̃ vnuz põt deſtrui reliquo remanẽte: illa realiter diſtinguũt. Hec ẽ via potiſſima ad probandum diſtinctionẽ realẽ. ſed p̃mo q̃du remanente deſtruũtur poſteriores in diminutõe. ergo ⁊c. ¶ 3° ſic. Ubicũq̃ manẽt eadẽ p̃ncipia diſtinctiua in actu remanet eadẽ diſtinctio. ſ heceitates ſunt p̃ncipia diſtinctiua in actu oiuz graduũ eiuſdẽ ſpeciei. Nam gradus idẽ numero est cõiunct⁹ cum alijs. qui ſi eẽt ſeparatus maneret idem. qz maneret eadem heceitas et per

ꝓñs eadē distinctio. ꝓbo minorē. nā vnio sup-
addita cū sit q̄dam relatio nō variat hecceitatē.
¶ 4° sic. Q̄ñcūq; aliq̄d totum causat ab aliq̄b⁹
in actu oportet q causantia sint in actu: sed to-
tum i actu causat a ptibus sicut a causis mate-
rialibus. qz ip̄m cōstituit ex eis: z est in actu. g̃
ptes sūt in eo i actu. ¶ Ideo dico q ptes i linea
siue gradus i forma realiter distinguūt z actu
aliter. Ad ꝓbationē firmat dupl'r. ¶ Primo sic. Quia
illa realiter z actualiter distingui videt q̄bus
extrema ꝓtradictiōis realiter cōpetūt. s ptib⁹
z gradib⁹ multa extrema ꝓtradictionis realit
cōpetunt. ergo z c̄. ¶ 2° sic. Impossibile ē esse re
spectuz realē in actu nisi extrema sint in actu et
realiter. et si sit talis respectus q̄ requirat distin-
ctionē oportet q si sit in actu q extrema sint in
actu distincta. s totum est ex ptib⁹ vnitis. vnio
ergo quando totū ē in actu ipa est i actu. ¶ Est
etiā vnio talis respect⁹ q ipa non pōt esse nisi i
ter distincta. nam idē vniri sibiꝫ ꝑ icludit ꝛdi-
ctiōez. g̃ videt q exñte toto vnio realit z actu-
aliter sit q ptes erunt realiter z actualit distin
cte. ¶ Ꝛz ꝓra hoc instat q̄druplicit. ¶ Primo
sic. Ad non ē in actu sed tm̄ in potētia nō disti
guitur actu: sed tm̄ in potētia. sed ꝑm cōiter lo
quētes ptes in ꝓtinuo nō sunt nisi in potentia.
eodē modo de g̃dibus. ergo z c̄. ¶ 2° sic. Sicut i
ꝓtinuo sunt infinite ptes ita in forma sūt infini-
ti g̃dus. si ergo ponunt realiter z actualiter di-
stincti in ꝓtinuo quolibet: et in q̄libet forma. p
tes erūt infinite in actu. ¶ 3° sic. Quilibet g̃dus
charitatis ē charitas. si ergo infiniti g̃dus cha
ritatis sunt in aia realiter z actualiter distincti
seq̄tur q ibi erunt infinite charitates realiter z
actualiter distincte. ¶ 4° sic. Illō ñ potest ha-
beri ante diuisionē qō acquirit ꝑ diuisionez. s
multitudo acq̄ritur ꝑ diuisionē. ergo ante illa
ꝓtinuo nō erat. z sic post diuisionē numeralit
distinguūt. ergo añ diuisionē mtnime. ¶ Ad ꝑ-
mū dico q multa pōi in cōtinuo pōt itelligi du
pliciter. vno modo in actu existēdi. z sic simpli
citer cōcedo q ibi sunt multa i actu. alio modo
q in actu subsistēdi sic q vnūquodq; ꝑ seipm
subsistat. z isto modo dico q in cōtinuo nō sūt
multa nec infinita. sed sicut est vnum cōtinuū:
ita vnicū subsistens z non plura. Eodē modo
dico de forma. Sic ergo dico q ptes sunt i po-
tentia in cōtinuo non q̄dem q̄tum ad existēdū
sed q̄tum ad subsistendū solū ita q potētia est
ad plurificationē suppositoꝝ: non aūt ad pluri-
ficationē existentiū ¶ Potest tamē aliter dici z
in idem redit q ꝛz ptes non ponant in cōtinuo
actu diuise. qz sic esset ꝓtradictio. nam ꝓtinuū
non est nisi ex vnione ptium. dicere ergo ptes
diuisas in cōtinuo est idem dicere q ptes non
vnitas. ponunt tamen in cōtinuo pt̄es partes
actu distincte. z hoc declaro faciliter. qz q̃n sūt
aliqua que inter se habēt ordinē essentialē non
repugnat priori eē sine posteriori. distinctio et
diuisio sic se habēt. nam distinctio ordine essen
tiali p̄cedit diuisionē. oportet enī omnia diuisi
bilia ab inuicē esse distincta. qz nihil pōt diui-
di a seipo. ergo cum distinctione poterunt sta-
re ptes ꝓtinui in ꝓtinuo vnite z non diuise. et
tamē erūt distincte. z sic dico q in ꝓtinuo sunt
plura distincta: sed non diuisa. ¶ Ad 2m dico q
ꝑm iam dicta ad primū dicit q in ꝓtinuo sunt
infinite ptes z in forma etiaz infiniti gradus in
actu. p̄mo q̄dem in actu existendi et nō in actu
subsistēdi. scōo qz plura distincta z non plura
diuisa. ¶ Ad 3m dicit q qñ forma cū ꝫ qō ē forz
ma est ps alterꝰ forme z q̃si ptialis non ꝺr esse
forma simplicit nisi desineret esse pars. q̄libet
enī gradus cum hoc q est forma ē etiā ps alte-
rius forme. ¶ Ad 4m dico q positis extremis i
esse ponit relatio que est intrinsec⁹ aduenies. di
stinctio aūt ē huiusmodi. Ideo dico q nō plus
distinguūtur ptes post diuisionē q̄ ante: sicut
nec accipiūt eē. sed dico q ꝑ diuisionē ꝑsupo-
sita distinctiōe acq̄ritur respectus extrinsecus
aduenies. s. multitudo siue plalitas subsisten
tium que non ē respect⁹ intrinsec⁹ aduenies. s
solum extrinsec⁹. ¶ Sed ꝫ sunt di. ¶ Prima ē q̃-
lis est veritas istoꝝ graduū in forma. Dico q
est vnitas ꝓtinuitatis que stat cū distinctōe nu
merali que fit ꝑ hecceitates vl' ppꝛitates indiui
duales. exempluz in ptibus linee. cum ꝫ eni q
sunt realiter distincte ꝑ suas hecceitates stat cō
tinuitas extensiua. eodē mō ꝫ loquēdo de cōti
nuitate intēsiua. ¶ 2a di. est ꝺ diffinitiōe ꝓtinui
qz dicit cui⁹ ptes ad aliquē cōmunē terminuz
copulant. q̄s est ꝫ termin⁹ in charitate ad quē
talia copulant. Dico q duplicit pōt respōderi
Primo q hec ē diffinitio ꝓtinui extensiui z nō
intensiui. ¶ Ꝛz ꝓtra hoc est illud qō fuit dictuz
q ꝛz charitas in instanti causaret: tamen deus
posset eam ꝑ motū causare. tūc sic. Sicut mot⁹
ad q̄ttatē habet p̄ncipiū terminū z mediū i se
ipo. ita est in forma. qz cuilibet mutato esse cor
respōdet vnū indiuisibile sicut pūct⁹ cōtinuās
ptes linee sic mutatū esse ꝓtinuat ptes motus.
ita in ꝓposito videt. ¶ Potest etiā dici q sicut
in motu ad q̄ttatē ptib⁹ mot⁹ corrñdent ptes
forme z indiuisibiles indiuisibili. ita i motu ad
charitatē ps respōdet pti z indiuisibile indiui-
sibili suo modo. Prima respōsio ē facilioz. ¶ 3a
difficultas ē q cum natura specifica sit idē rea-
liter cū q̄libet g̃du: altoq̄n posset fieri charitas
sine aliquo gradu: qz semp esset prioz posito q
eēt realiter distincta. s posita idemptitate quō

distinguūt isti gradus. Dico q̄ sic̄ natura humana in diuersis indiuiduis aut sicut essentia diuina in tribus psonis p̄ter hoc q̄ essentia diuina est eadē natura numero in tribus suppositis. sed natura hūana est vna: nō tamē vna numero in plurib⁹. sic charitas est vna in plurib⁹ gradibus. ¶ 4ª di. Si isti gradus differunt ab hecceitatib⁹. Dico q̄ illud qđ addit gradus ad naturā specificā non est nisi hecceitas. q̄ indiui duū non addit ad naturā nisi hecceitatē. ⁊ ideo sicut hecceitas differt ita ⁊ gradus. ¶ 5ª di. Cuz multiplicato inferiori multiplicet supi⁹ si istiḡ dus quorū q̄libet est charitas q̄dditatiue ⁊ inter se sunt distincti. erunt multe charitates int̄ se distincte. Dico q̄ sūt multe charitates pciales. ⁊ ido nō possunt dici multe simpliciter. est autē solū vna totalis. ⁊ ideo solū vna simpliciter. ¶ Potest aliter dici q̄ distinctioq̄pollet p̄ dicato negatiuo: ⁊ tūc arguēdo est falla p̄ntis a destructiōe antecedētis. ¶ Quantum ad 3m̄ ptractandū. Utrū p̄existens charitas in augmēto corrūpatur. ¶ Dicunt aliqui q̄ sic. ⁊ hoc ideo. q̄ termini motus incōpossibiles sūt. sed charitas p̄existens est terminus a quo charitas que acq̄ritur: ē termin⁹ ad quē ergo aduenīēte charitate acq̄sita tāḡ termio ad quē charitas p̄existens corrumpit tanḡ termin⁹ a quo ¶ Sed ꝓtra hoc instat q̄druplicit̄. ¶ Primo ꝓpando habitū ad actū. ⁊ hoc sic. Naz de⁹ potest augere charitatē in eodē instanti in quo quis merer augmētū charitatis. sed p quocūq̄ instanti ē actus meritor⁹ ē charitas que est p̄ncipiū act⁹ ergo in eodē instanti erit gradus q̄ datur ꝓpt̄ meritū: ⁊ gradus ꝓpter quē ille actus est meritorius. Et sic simul stabūt termin⁹ a quo ⁊ terminus ad quē. ¶ 2° sic Naz de facto videtur q̄ deus auget charitatē in eodez instanti in quo q̄s merer sicut in eodē instanti in quo q̄s meretur charitatē de cōgruo in eodē instanti infunditur ei. ergo ⁊c̄. ¶ 3° sic. Quecūq̄ possunt esse vel sunt simul p eodem instanti possunt esse simul p eodem tēpore. sed loquēdo de ⁊tutib⁹ moralib⁹ p̄existens et aduenies possunt eē et stant simul p aliquo instanti. ergo ⁊c̄. Maior patet q̄ que sunt simul p vno instāti ex suis rationibus formalib⁹ non repugnāt. quecūq̄ autem sunt talia que ex suis rationib⁹ formalib⁹ non repugnāt simplicit̄ sunt cōpossibilia Ubi. ꝓbo. Causa in actū est simul cuz effectu in actu modo actus est causa habit⁹ ⁊ augmēti habit⁹ ergo act⁹ ⁊ gradus habit⁹ aduenīēs stāt simul similiter actus ē ab habitu p̄existente causat⁹. ergo habitus p̄existens et actus a b eo causatus simul stant. ¶ Tūc sic. Habitus p̄cedens et actus sunt simul. ⁊ actus ⁊ habitus aduenīēs sunt simul. ergo ⁊c̄. ¶ 4° sic. Nam volūtas per actū suum potest intēdere ⁊ remittere actuz intelligendi sicut impare ⁊ non impare. cum aūt actus iste p quē intendit̄ sit simul cū gradu ad ueniēte. q̄ p euz induceret: ⁊ ꝓstat q̄ aliq̄d est cum illo gradu volūtatis q̄ inducit̄ p euz. q̄ si non tunc actus volūtatis esset circa ignotū. ergo simul cuz actu volūtatis stat actus p̄mus ⁊ sequens. ¶ 2° arguo ꝓpando actum ad habitū et hoc ꝓbo. Nā si semp corrumperet̄ p̄existēs sequeret̄ q̄ magis merer̄ homo in actu remisso q̄ intenso. hoc est falsū ⁊ impossibile. ergo illō ex quo seq̄tur. ꝓbatio cōsequētie. Nam cuicūq̄ actui meritorio debet̄ augmentū charitatis ponat̄ ergo charitas acq̄sita p multos act⁹ intensos sequat̄ actus remissus p te cuz tota charitas p̄existens corrumpat̄: ⁊ nou⁹ gradus inducit̄ q̄ excedit totā aliam. cum p multos act⁹ p̄cedētes intēsos non fuerit ille actus intēsus acq̄situs. ⁊ p remissum sic seq̄tur. ergo ⁊c̄. ¶ 2° sic. Nam i actibus ⁊tutum moraliū ⁊ naturaliū ex q̄bus ipe ⁊tutes augent̄: prior p̄t esse intensior ⁊ posterior remissior. sed cū p posterior rem fiat augmentū prioris seq̄tur idem. ¶ 3° sic. Nam ⁊tus est p̄ncipiū actus augmēti cum ergo effectus non possit excedere causam suā nō poterit charitas scōa aduenīēs esse perfectior charitate p̄existente que est ei⁹ causa. ¶ 3° p̄ncipaliter arguit̄ ex ꝓtrarijs. ¶ Primo sic. nam calidū remittens frigidū p te inducit calorē ⁊ corrūpit frigus ⁊ simul inducit. Nā sicut i augmētatione totū p̄existens corrūpit̄ ⁊ nouū induit duū fit. sic erit in diminutiōe q̄ totū p̄existens corrumpit̄: ⁊ ab eodē agente nouū indiuiduū generabit̄. ⁊ sic calidū simul inducet frig⁹ ⁊ caliditatē qđ est falsū. ¶ 2° sic. Eodem modo quo cōcedit̄ magis ⁊ minus in accidētibus negare in sbijs. sed ille modus nō negat̄ in sbijs q̄ aliq̄d minus pfectum corrumpat̄ ⁊ pfecti⁹ inducatur. ergo ⁊c̄. ¶ 3° sic. Ipimet cōcedūt q̄ quis ad approximationē a seq̄tur b ꝛcludit̄ cuidēter q̄ a est causa b. cū ergo ad approximationē cali di remittat̄ frigiditas: et hoc non fit sine noua frigiditate inducta seq̄tur ⁊c̄. ¶ 4° sic. Inter illa que sunt eiusdē speciei impossibile est esse ordinē eminētie. sed si indiuiduū p̄existens sic se habeat ad indiuiduū sequens seq̄tur simpliciter q̄ inter illa est ordo eminētie. ¶ Ultimo arguit̄ p̄ncipaliter sic Nam ipimet ꝓcedunt q̄ sicut p̄existens qualitas corrumpit̄ in aduentu alterius. ita ipi cōcedūt q̄ hoc etiā est in aduentu q̄titatis molis. ¶ Ex hoc sequunt̄ q̄ttuor inconuenīētia. ¶ Primū est q̄ oia accidētia sensibilia continue variabunt̄ in homie. nam semper homo crescit ⁊ decrescit. ⁊ p ꝑns ꝓtinue muta

tur ꝯtitas. ⁊ sic ꝑ ꝓñs mutant oñia accidētia fundata in ꝯtitate. ¶ 2m ē ꝙ ad additionē vnius gutte aque i mari mutabit tota ꝯtitas maris. quia ē maior ꝯ ante. ⁊ sic addens guttam ageret in ꝯtācunq; distantiaz. qz in alia parte maris. ¶ 3m est istud ꝙ in sacramēto eucharistie non remanebit corpus xp̄i nisi ꝑ momentum: nam species continue cōdensant ꝓpter euaporationē cōtinuam. sed ꝓdensatio est minoratio ꝯtitatis. minoratio autē ꝯtitatis necessario ē destructio vl̄ p̄supponit destructionē ꝯtitatis p̄existentis. sed quādocūq; ꝯtitas minoratur vel ꝯtitas eadez numero mutat non remanet corpus xp̄i. sequit ergo ꝙ non remanebit nisi p̄ instanti. ¶ 4m est istud scz ꝙ agens pḣicuz ꝑ duceret accidens sepatum. Agens enī naturale p̄t rarefacere species illas ꝯtitas tamen vna non p̄t esse sb̄m maioris ⁊ minoris. qz non manet eadē. ꝫ ⁊c. Sz hic est diffi. si optet p̄m istas ponere in quolibet momēto nouā ꝯtitatē. Dico ꝙ sic: qz in vno mutato esse vel habetur noua forma: ⁊ existit ꝑ illo ⁊ ꝑ alio vel non. si nō qua rōne in vna habetur noua forma eadē ratione. ⁊ in alia habetur alia forma. ⁊ sic tot noue forme ḡt momenta Si dicas ꝙ noua existit plus ꝯ in momēto: ergo ꝑ duo. cuz ergo inter quecūq; mutata esse sit motus medius et inter quecūq; medium sit duratio: sequit ꝙ illa ꝯtitas manebit ꝑ tempus: ⁊ tamē cōtinue augef: qd̄ est cōtra opinionem. vel si in scdo acquisita ē alia portio que p̄ius non erat. ergo illa que erat in p̄iori momēto: ⁊ illa que est in posteriori erūt cōpossibiles: qd̄ est cōtra opinionē. ⁊ sequūtur multa incōueniētia. ¶ Primū est ꝙ vltima adueniēs erit infinita. naz quādocq; fit augmentum ꝑ ptes eiusdē ꝯtitatis si vadat tale augmentū in infinitū vltima erit infinita. sic in ꝓposito. ergo vltima erit infinita. ¶ 2m qz continuū cōstabit ex indiuisibilib9. nam ꝯtitatiua i nouatio semp fit in instanti. ⁊ in illo iter medio inter instās ⁊ instans p̄t acquiri aliqd: sequit ꝙ ꝯtitas erit cōposita ex indiuisibilib9. Si dicas ꝙ idem videt sequi de irradiatōe instantanea solis. Dico ꝙ irradiatio solis ē cōtinua eodem modo quo intelligim9 ꝙ motus est ꝯtinu9 ergo non valet instantia de irradiatione solis. ¶ 3m erit augmētatio non erit motus: sed mutatio. qz motui semp corresp̄det termin9 itrinsecus. sed nulla quātitas est que coexistat motui sed p̄cise mutato esse: ⁊ in instāti. ergo ⁊c. ¶ 4m est ꝙ motus non cōmensurabitur termio eo ꝙ non sunt in eadez mēsura. nā motus est in tempore. termin9 autē siue ptes termini semp sunt in instanti ⁊ p̄cise. ergo nō ē cōmēsuratio ¶ Ad rōnem ꝓpositiōis oppositе dicit ꝙ ibi sūt duo termini positiui quorū vnus depditur ⁊ alius acq̄ritur: non tamē sunt isti termini aliqua forma mior: ⁊ aliqua forma maior: sed actualitas quā pdit minor est termin9 a quo. ⁊ actualitas alia acq̄sita cum alia est termin9 ad quē. ¶ Sed solutio non satisfacit. qz cum hec actualitas sit accidēs quoddā. videt eedez difficultates remanere que p̄us erāt de charitate. Dicitur ab alijs ꝙ termini istius mot9 sunt pfectuz ⁊ imp fectum. sed hoc non valet. quādo enī itur ꝺ̄ imp fecto ad pfectum nihil positiuū depdit. Dif ficultas autem ratiōis stat in hoc ꝙ aliqd̄ positiuū depditur. ¶ Dico ergo ad rōnem ꝙ cū gradu p̄existente stat p̄uatio gradus sequentis. et qz i omni ꝑ se mutatiōe termini ꝑ se sunt p̄uatio ⁊ forma. lz forte istis aliqua ꝑ accidēs ꝓiungimur. Dico ꝙ p̄uatio est termin9 a quo ⁊ gradus est termin9 ad quē: ⁊ ista sūt incōpossibilia sed termin9 a quo ⁊ ad quē positiu9 vt duo gradus. scz p̄cedens ⁊ subsequēs sūt cōpossibiles ¶ Actum ad quartū difficile ꝑ tractandū. scilz vtrū illud qd̄ aduenit ⁊ illud qd̄ acq̄ritur ꝑ augmentuz sit charitas sicut p̄ior erat. ita ꝙ charitas ita vere de eo p̄dicet sicut de primo. ¶ Et ꝯtum ad hoc dico ꝯttuor conclusiones. ¶ Prima est ista ꝙ scz in augmēto charitatis nouus gradus acquirit. qz vt determinatum est augmentum charitatis fit ꝑ ḡdus. ad gradū aūt p̄existentem non p̄t augmentuz terminari. ergo ad nouū terminabit. ¶ 2a est ista ꝙ ibi ratio formalis vere i isto gradu aduenięte reperta ꝺ̄ nouo non acq̄ritur. quia eadem q̄ditas p̄fuit totalis in gradib9 p̄cedentib9. qz sunt eiusdem rōnis ⁊ q̄ditatis formalis. ¶ 3a est ista ꝙ hecceitas talis gradus de nouo aduenięt ꝺ̄ nouo inducit. nam oēs gradus numero distinguūt ꝑ hecceitates. hecceitas aūt istius gradus aduenientis non p̄fuit. ergo ⁊c. ¶ 4a est. ꝙ ista. s. hecceitas de nouo acq̄sita non est formaliter charitas. qz nullum diuisū formaliter includit in diuidēte suo. sed natura specifica ꝑ hecceitates diuiditur ad modum generis in indiuidua. ergo i eis non includit. ¶ Sed cōtra istas ꝓclusiones instat q̄druplicit. ¶ Primo sic. qz pducto forte pducit homo ꝑ locū a pte subiectiua. cuz ergo q̄libet gradus aduenięs sit indiuiduū charitatis. seq̄tur eodē mō ꝙ ipo pducto pducat charitas ꝑ locum a pte subiectiua. ¶ 2o sic. Videt enī ꝙ nec p̄m9 nec scūs nec aliq̄s ḡdus charitatis pducat p̄m rōnem formalē vel pduct9 fuerit post Abel. qz ratio formalis fuit in eo p ducta ⁊ stetit. ergo impossibile est ꝙ postea fuerit pducta. ¶ 3o sic qz videtur ꝙ nō est ḃ p̄m p̄dicta augmentū charitatis. qz posito gradu p̄mo nulla charitas acq̄ritur. sed sola hecceitas.

cum ergo ex appositõe hecceitatis sola hecceitas augeatur: ⁊ non charitas videtur sequi icõueniens. ¶ 4° sic. Nam in homogeneis ſm dicta supius quelibet p se pars habet rõnem forme sicut totum. qz ps ⁊ totum sunt eiusdem rõnis ⁊ si totũ pducaꝫ charitas pducit. ergo eodez modo si q̃cũq; gradus pducaꝫ. ¶ Ad primum dico q̃ homo non est vltimate abstractum. et ideo multa possunt dici de eo que non dicerẽt de eiusdez q̃ddítate sicut pduci ⁊ talia. similiter dico de charitate. vnde charitas in scõo g̃du pducitur non tamẽ eius q̃ddítas. ¶ Ad 2m dico vnifozmiter loquẽdo q̃ sic̃ charitas vtrobiq; pducit. ita eodẽ modo negãdũ est posita in Abel q̃ q̃ddítas amplius pducit. tamen bene põt cõcedi q̃ q̃ddítas charitatis pducit vt i hoc. ¶ Ad 3m dico q̃ mlta p̃dicamẽta attribuunt nature q̃ non cõueniũt ei p solaz q̃ddítatẽ sed p suas hecceitates: sicut distingui numeraliter. ⁊ ita de mltis alijs. Eodẽ mõ põt dici õ augmẽtatiõe. ¶ Ad 4m dico q̃ hecceitas formalit̃ ñ ẽ formalit̃ charitas. ſ g̃d' cõstãs ex hecceitate ⁊ g̃du vel forma illud totũ est indiuiduũ charitatl. ⁊ hoc totũ est p̃cise qõ generat: et õ nouo acq̃ritur. Ideo dico q̃ qñ charitas augeꝫ non acq̃rit natura specifica q̃ perat. sed totº g̃dus acq̃ritur rõne ppzietatis. ¶ Sed dicis q̃ etiam charitas augeꝫ non p charitatem sed p cõcharitatẽ. Dico q̃ dictum illius doct. scz Aureoli si sic intelligaꝫ q̃ gradus ille aduenies ẽ charitas. non tamen rõne illius quod p̃cise õ nouo venit qõ ẽ hecceitas. sed est solũ cõcharitas ⁊ nõ charitas. Dico q̃ p istum modũ põt bene intelligi q̃ hecceitas nõ est formalit̃ charitas. ſ tamẽ bene p̃t dici satis ppzie cõcharitas eo q̃ ad idem genus: ⁊ ad eandẽ spẽm ad quã pertinet charitas ⁊ ipa ptinet. reductiue tm̃. ¶ Sed ꝟ occurrũt aliqua dubia. ¶ Pzimũ ẽ. Quomodo põt stare gradus p̃existens cũ p̃uatione opposita gradui alteri aduenieti cũ p̃uatio respiciat formã ⁊ forma g̃dus aduenietis iã habeꝫ. Dico q̃ habẽs vnũ gradum iam non habet p̃uationem nature specifice: qz naturã specificaz in se habet. sed p̃cise habet p̃uationez illius qõ aduenit ⁊ non habiti. ⁊ illa ẽ p̃uatio hecceitatũ qz ille p̃cise non habenẽ. ¶ 2ª di. ẽ. Si in quolibet mutato esse augmenti acq̃ritur aliqua portio forme augmẽtabilis. Dico q̃ non: qz quelibet portio forme est forma: ⁊ si in mutato eẽ acquiritur in instãti forma acq̃reretur. dico ergo q̃ non est imaginandũ q̃ aliquis gradus caloris acq̃ratur in aliquo mutato esse seu momento. qz sicut totus calor ꝓstans ex talibus nõ induceretur in tẽpore. sed p̃cise calor vel eiº gradus p motum acq̃ritur. Intelligendũ tamẽ q̃ isti gradus in forma habẽt quadruplicẽ vnitatem q̃uis ipi essent sepati ab oñi subiecto: ita q̃ nullam illarũ vnitatũ habent a sbo i augmẽto. ¶ Pzima vnitas est indiuisiõis. lz enim sint distincti: non tamẽ diuisi sicut sunt charitates duarũ aiaꝝ. ¶ 2ª ẽ vnitas cõpositiõis. Nã ois forma cõponiꝫ ex suis gradibº sicut omne continuũ ex suis ptibº lz nõ sit talis cõpositio q̃lis ẽ iter ens actu ⁊ ens in potẽtia. ¶ 3ª vnitas ẽ cõtinuitatis. qz lz non habeãt vnitatẽ extensiuaz que debetur q̃titati molis. habent tamen cõtinuitatẽ intensiuã nam extrema sũt vnum: ⁊ nõ nisi rõne talis cõtinuitatis. ¶ 4ª est vnitas homogeneitatis. qz sũt eiusdẽ rationis formalis. Nã q̃libet gradus charitatis est charitas non charitas q̃ ẽ totum: sed charitas que vniuocebº de eis ⁊ de toto: sicut patz de aqua. ¶ Ad argumentũ in p̃ncipio patet.

Distinctio. XIX. Questio. I.

Circa. xix. distinctionẽ q̃tinuando quero. Utrũ charitas sit augmẽtabilis in infinitum. q̃ sic. Charitas nunq; excidit ſm apl'm. ſ oñe qõ finiꝫ excidit. ergo ⁊c. ¶ Cõtra ſm Jo. Charitas dei pfecta est in nobis. ¶ Hic introducũt q̃ttuoz dicta pbabilia ¶ Pzimũ est q̃ charitas i aia nostra: lz non sit augmẽtabilis in infinitũ ſm ptes equales q̃titatis. est tamẽ augmentabilis in infinitũ ſm ptes eiusdẽ ppoztiõis ¶ 2m dictum ẽ q̃ charitas sepata est augmẽtabilis i infinitũ ſm ptes eiusdẽ q̃titatis eo. ſ. mõ quo repugnat charitati q̃iũcte. ¶ 3m dictũ est q̃ charitas põt augeri illo modo i infinitũ. ſ. ſm partes eiusdẽ q̃titatis q̃ ipa põt causari ⁊ esse infinita. ¶ 4m dictuz ẽ simile huic q̃ charitas sepata põt esse de potẽtia dei absoluta infinita actu ¶ Qztuz ad p̃muz dictum anteq̃ ꝓbetur p̃mitto vnũ q̃ oñe q̃tinuũ lz p partes equales possit cõsumi sicut celum ⁊ qõcunq; cõtinuũ q̃tũcũq; magnũ p ptem q̃tũcũq; minimã aliquoz tiens diuisum cõsumi: põt tamen hoc nõ obstãte ipm q̃tinuũ per ptes eiusdẽ ppoztionis non põt q̃sumi. qz si sint duo monocubita accipias mediaz ptem. ſ. monocubitatẽ: ⁊ postea mediã medij nũq; venies ad finẽ. Ita dico i augmẽto q̃tũ si fiat augmentũ p ptes eiusdẽ q̃titatis q̃ cũq; minimas. põt tamẽ augmẽtari q̃ excedet q̃titas aucta omnẽ aliã q̃titatẽ. sed loquendo õ augmẽto p partes eiusdẽ ppoztionis non ẽ sic. exemplũ Accipiãꝫ duo monocubita q̃ęq̃ diuiditur de vno põt alteri addi. cuz ergo diuisio vnius vadat i infinitũ p ptes eiusdẽ ppoztionis: ⁊ tamen nunq; cõsumitur. Eodẽ modo augmẽtatio alterius ibit in infinitũ p appositio

nem earū partiū diuersaꝝ ab alio: ⁊ tamē nūq̄ attingeret ad q̄titatē duoꝝ monocubitoꝝ sic patet. Hoc viso ꝓbo ꝑmū dictū ⁊ ꝑmo quo ad ꝑmam ptem sic. Omnis natura finita habet capacitatē finitā. sed voluntas ē natura finita. ergo ei⁹ capacitas est finita. sed omnis capacitas finita pōt adequari p ptes finitas. quia capacitas finita p̄t mēsurari p aliquā q̄titatē aliquotiens sumptaz. igit̄ poterit adequari per ptes eiusdē q̄titatis ꝓportionabiliter sūptas. Exē plū vas est determiate capacitatis: ⁊ finite coꝛ poꝛaliter loquēdo. ⁊ ideo replet̄ aliq̄bus ptib⁹ determinatis. q̄ autē volūtas ⁊ q̄libet alia potentia sint finite capacitatis ꝺ se patet. ergo augmētando charitatē per ptez eiusdē quātitat̄ erit deuenire ad aliquid vltra quod ipa voluntas nō poterit recipe. Nunc ꝓbo scdam ptez illius dicti. s. q̄ ꝑm ptes eiusdē ꝓportionis poterit charitas ꝯiuncta augeri in infinitū. ⁊ hoc euidenter ꝓbo sic. Supposito q̄ volūtas poterit recipe charitatē. x. graduū diuidat̄ illa charitas: ⁊ ponatur in illa voluntate solum charitas. 5. graduū Arguo sic. Quicūq̄d auferr̄ ꝑ diuisionē a charitate q̄nq̄ graduuz poterit addi alteri charitati q̄nq̄ graduuz que ē i volūtate nam hoc nō repugnat volūtati. qꝛ totam eā poterit recipere. ergo ⁊ quodlibet sui. nec repugt ipi charitati i se. patet ergo illa ꝓpositio. ꝗ posint infinite ptes auferri ab illa charitate q̄nq̄ graduū semp accipiēdo ptes eiusdez ꝓportionis. ergo infinite ptes eiusdē possunt addi charitati que est in anima vel in volūtate. ⁊ sic ei⁹ augmentū erit isto modo ad infinituz. ¶ Oba. satis nota est. Obi. ꝓbo q̄ scz charitas q̄nq̄ g̃ duū sit diuisibilis in infinitū. quia qū̃ aliq̄ sunt eiusdē rōnis formalis q̄cūd cōpetit ꝑ se vni: inest ⁊ alteri. sed tota ista charitas ⁊ quelibet ps eiusdē sunt eiusdē rōnis formalis. ergo cum divisibilitas ꝯpetat ꝑ se in scdo mō ipi charitati toti sicut naturalis eius aptitudo. seq̄tur etiaz q̄ cōueniat cuilibet eius pti. et sic quelibet ei⁹ ps erit diuisibilis sicut eius totuz. ergo ⁊c. ¶ 2° ꝓbatur illō sic. Omne homogeneū ex eo q̄ tale ē diuisibile in infinitū. ꝗ charitas q̄nq̄ g̃duū est q̄d homogeneū. ergo ipa erit diuisibilis i infinitū. ⁊ sic habet̄ ꝓpositū. ¶ 2m ꝑncipale ꝓbatur sic. s. q̄ charitas non possit augeri in infinitū ꝑm ptes eiusdē quātitatis. Quia oīs causa finita pōt habere effectuz ita adequatū q̄ vltra illū non pōt ꝓcedere. sed volūtas q̄ est causa est finita. ergo cum ipa sit causa charitatis i genere cause materialis necesse seq̄t̄ q̄ ipa poterit habere charitatē aliquā sibi adequatā in rōne effectus. Hoc autē nō obstāte dico q̄ charitas sepata pōt augeri in infinitū. qꝛ charitas pōt multiplicari i infinitū ita q̄ sint indiuidua infinita charitatis. ⁊ illa oia vnibilia sūt. ꝗ indiuidua infinita vnius forme: si vniant̄ faciūt infinitū. ergo illa charitas ē infinita. Oba. ꝓbo q̄tum ad vtrāq̄ ptē sui. ꝓximo qꝛ indiuidua infinita charitatis possunt a deo creari. Nā cōstat q̄ deus infinitas alias pōt creare sicut si ponetur modū durare in infinitū: sed cuicūq̄ anime pōt deus infundere charitatē. ergo pōt infinita indiuidua charitat̄ causare. hec oīa sūt euidentia. sed ꝙstat q̄ deus illas charitates p̄t separe. qꝛ sepat accidētia sensibilia. g̃ ⁊c. Nūc ꝓbo scdaz ptem. s. q̄ sint vnibilia sic Quecūq̄ sunt eiusdē rōnis formalis ḳcād est demōstrabile de vno: vt sic ē demōstrabile de alio. ꝗ oia illa indiuidua sunt eiusdē rōnis formalis. naz sunt eiusdē speciei. cum ergo vnibilitas pōt de vno demōstrari poterit de quolibet illoꝛuz demonstrari. Oba. patet. Obi. declaro. nā quelibet ꝓpria passio pōt vniri ei cui⁹ est ꝓpria passio. ꝗ aptitudo naturalis ē ꝓpria passio illi⁹ cui ꝙuenit. ergo aptitudo naturalis ad vnionē est ꝓpria passio cuiuslibet illoꝛū indiuiduoꝝ. ⁊ ꝫ pōt sic argui. Quot charitates pōt deus ꝓducere pōt vnire. sed infinitas pōt ꝓducere. ergo infinitas pōt vnire. sed infinite si vniant̄ faciūt vnā infinitā. ergo pōt deus facere vnā infinitā ¶ 3m dictū ꝑncipale. s. q̄ posito q̄ deus pōt charitatē illā in voluntate in infinitū augere p istū modū q̄ dictus est. sequit̄ q̄ deus vnā charitatem infinitā actu pōt causare. ⁊ ꝓbo sic ꝓximo. Quecūq̄ sunt a deo ꝓducibilia sunt simul ꝓducibilia vbi eis non repugt̄ siltas. cum g̃ gdibus charitatis non repugt̄ siltas: ⁊ ipi infiniti p̄nt a deo ꝓduci. sequitur q̄ infiniti possunt a deo simul ꝓduci. ꝗ quoscūq̄ pōt simul ꝓducē pōt vnire. ergo deus pōt vnire infinitos. et sic erit infinita charitas in actu. ⁊ hoc totū. seq̄tur qꝛ de⁹ pōt infinitos ꝓducere si ē augmētabilis i infinitum. ⁊ ipi infimul nō repugnt esse. g̃ ⁊c. ¶ 2° sic. Si volūtas pōt charitatē recipere que existēs i volūtate posset i infinitū augeri posset de⁹ charitatē actu infinitā i ea causare ꝓbatio qꝛ cuicūq̄ cause create pōt effect⁹ adequat⁹ dari. cum g̃ effect⁹ adequat⁹ volūtati sit charitas augmētabilis i infinitū: ⁊ ipa ē causa materialis respectu charitat̄ si ipa posset recipe in infinitū. seq̄tur q̄ deus charitatē infinitaz poterit causare. Cōfirmat̄ eadē ꝙntia: qꝛ q̄titū ꝙuenit i talib⁹ esse in potētia tantū cōtingit esse in actu. qꝛ vnū nō necessario p̄cedit aliud sicut ē i diuisione ꝙtinētie i qua semp vna diffinitio stat cū potētia necessario ad vlteriozē. sic nō ē ꝟ. ¶ 4m dictū ꝑncipale. s. q̄ charitas sepata p̄t augeri in infinitū q̄ ipsa posset eē ꝺ potētia dei absoluta

infinita. ꝓbatur quia quot potest ꝓducere pōt actu vnire. ꝫ infinitas potest ꝓducere actu. ergo ⁊ vnire actu. Tunc sic. Omne illud qđ̄ constat ex ptibus q̄̃titatiuis infinitis siue q̄̃titate molis siue virtutis omne tale ẽ infinitū. sed ista charitas ꝓstaret ex infinitis gradib⁹. ergo ipa esset actu infinita. ¶ Sed contra hoc instaṫ qua dupliciter. ¶ Primo contra ꝓmū sic. Impossibile videṫ q̄ alicui creato limitato fiat apposi-tio infinitar entitatū quarū q̄libet dicat pfecti onē simplicit̄ q̄n excedat duplū suū vel triplū ⁊ sic cum p augmentū p ptes eiusdem ꝓpor-tionis fiat appositio infinitorū entiū q̄ infinitorū graduū quorū q̄libet dicit pfectionē simplicit̄ impossibile videtur q̄ illud cui fit talis additio sic stet citra duplum vel triplum q̄n illud neces sario excedat in pfectione. ¶ 2° contra scōm sic. Naz si charitas separata augmentaṫ aut illa au-gmentatio est motus aut mutatio. non est mo-tus. q̄ sine mobili esset quod est falsuz. nec mu tatio. quia mutatio diffinit̄ per sbm. hic nullū sbm est. ergo ⁊c̄. ¶ 3° cōtra tertiū: q̄ non videṫ q̄n forma in voluntate sit augmētabilis in infi-nitū. quia nō rōne forme. quia separata pōt. nec rōne agentis eodē̄ modo. nec rōne capacitatis voluntatis. quia ipa augetur ex augmēto cha ritatis. ergo nulla causa videtur. ¶ 4° cōtra q̄r tum sic. Naz omis pfectio simpliciter est deus si ipa sit infinita. sed ipa charitas ẽ pfectio sim-pliciter ⁊ p te pōt eē infinita. ergo ista charitas erit deus. ⁊ sic aliquod creatū est deus. ¶ Ad p̄ mū dico q̄ sicut in ⁊tinuo patet q̄ si fiat apposi tio ꝫm ptes eiusdē̄ ꝓportionis in infinitū nūq̄ pōt illud cui apponitur excedere duplū suum. Similiter dico ꝺ pfectionibus simplicit̄ q̄ nūq̄ q̄̃tūcunq̄ ꝓcedat pōt excedere. Nam a q̄̃t-tuor palmis auferas ꝫm ptes eiusdez ꝓportio nis: ⁊ apponas alijs q̄̃ttuor nō poterunt illa q̄̃t-tuor q̄bus fit additio attigere ad q̄̃titatē octo qđ̄ duplum est ad q̄̃ttuor. sic dico in ꝓposito ꝺ additione ista. ¶ Ad 2m dico q̄ illa additio vel augmētatio quātita tis pōt esse motus quādo scz fit i tempe vel mutatio quādo scz fit in instā ti. deus autē potest ⁊ in tempe ⁊ in instāti ꝓduc cere talia ꝓmanentia sicut vult. ¶ Ad illud qđ̄ dicitur q̄ tunc esset motus sine mobili Dico q̄ hoc non apparet mihi incōueniens siue eni acci piatur motus p formā fluente siue p fluxu for-me. semp sicut deus potest facere formam sine subiecto ita fluxum eius. ¶ Si dicatur q̄ mot⁹ ẽ fluxus. ergo oportet assignare isti fluxui sub-iectum. Dico q̄ iste fluxus pōt poni i forma si-ne vlteriori subiecto ita q̄ forma sit illud quod fuit. sicut dictum est de motu: ita dico de muta tione q̄ pōt eē sine subiecto. ¶ Ad 3m dico q̄ ex parte potentie est impedimentū q̄ scz non pos sit in infinitū ꝓcedere. q̄ scz limitatio capacita tis. nec pōt fingi q̄ capacitas augeatur nisi sba augeaṫ: q̄ vel est sba vel ꝓpria passio. sed pro babiṫ alias q̄ sba non suscipit maius vel min⁹ ¶ Ad 4m di. q̄ charitas ẽ pfectio simplr̄ et da-to q̄ eēt infinita illa infinitas nō est nisi ꝫm q̄d ⁊ non simpliciter. naz si infinitas sit simpliciter est trāscēdens nec est alicui⁹ generis. ꝫm q̄d ta men infinitas non oportet q̄ excedat suū gen⁹ vel exeat sicut infinita aqua si eēt non eēt infini ta simpliciter. naz adhuc vna scintilla ignis ex cederet suā pfectionē q̄̃tūcunq̄ infinitā. Simi liter voluntas ipa que est sbm charitatis tota i finita charitate esset melior. deus autē et oīs pfectio que deus est tali infinitate infinita q̄ ex cedit omne aliud ⁊ illa infinitas non est ꝫm q̄d sed simpliciṫ ¶ Sed h̄ sūt alique diffi. ¶ Prima Utrū charitas separata possit eē alicuius actus elicitiua vel alicui⁹ opationis. Dico q̄ non: q̄ quādo est aliquis essentialis ordo iter aliquas causas in causando impossibile est alteram tm̄ augeri q̄ possit in effectū sine altera. Charitas autē sicut ⁊ q̄libet habitus est causa essentialiṫ ordinata ad potentiā in qua infinita esse nō p̄t et sic q̄̃tūcunq̄ sit infinita causare non potest. ¶ 2a di. quia naturalis aptitudo videtur neces-sario sequi illud cui⁹ est cum ꝫm p̄dicta supius ipa sit ꝓpria passio ei⁹ cui cōpetit. sed inheren tia ẽ aptitudinalis passio charitat̄ vel cuiuscū-q̄ accidētis. ergo cū illa charitas infinita sit ac cidens sibi cōpetit inherētia. sed ꝫm p̄dicta h̄ ẽ impossibile. q̄ repugnat cuicū q̄ susceptiuo cā recipe eo q̄ omne receptiuū est finite capacita tis. si autē esset receptibilis necessario aliquid. esset respectu eius receptiuū ⁊ nullus est. ergo ⁊c̄. ¶ Dico q̄ illa charitas habet naturalē apti tudinem ad inherendum. nam sicut ꝓus dictū fuit ipa posset diuidi in infinituz siue in finitas ptes: ⁊ quelibet illarū ptiū posset inherere cui-libet anime. Si dicaṫ q̄ tota simul non pōt in herere. Dico q̄ omne absolutū qđ̄ ẽ in illa cha ritate pōt inherere. ⁊ talis aptitudo p̄cise ẽ pas sio absoluti illius qđ̄ est in charitate. ⁊ ideo suf-ficit q̄ q̄̃tum ad totum absolutū q̄ talē habet aptit udinem ad inherenduz saltē plurib⁹. ¶ Il lud aūt q̄ est supra omne absolutū rōne cuius sue ptes dicunt̄ vna charitas nō oportet q̄ ap titudo ad inherendū sibi ꝓuentat. q̄ ipe ẽ solū q̄dam respectus vnionis ptis ad ptem. ⁊ ꝺ isto mō non ẽ curandū ¶ 3a di. Si ex hoc q̄ ponitur q̄ potest augeri in infinitū. Utrū deus videat q̄libet gradū i infinitū Doctor noster videt dicere q̄ sic. vnde ipe dicit q̄ si de⁹ possit mul-tiplicare spēs i infinitū de⁹ videt spēs infinitas

¶Non apparet mihi q ꝑñtia sit bona .nam numeri possunt augeri in infinitū: ⁊ tamen deꝰ nō videt aliquā spēm numeri infinitā.qz ois species numeri determiate distat ab vnitate . quod non esset de specie infinita. ¶Sed sequitur 4ª di.ō ꝑñtia que cōmuniter fit.s.si aliqua forma potest augeri in infinituz . Utrū ipa posset esse actu infinita. Dico q ad videndū hoc oportet reducere ad formā silogisticā.nunq̄ eni enthimema ē bonum nisi posset ad formaz silogisticam reduci. Reducit ergo sic. Oīis forma q̄ potest augeri in infinitū pōt esse infinita.ꝫ charitas vel quecūq̄ alia forma accepta est hmōi. ergo ⁊c. ¶Ha. videtur falsa sicut patet de numero qui potest augeri in infinitū. ⁊ tamē non pōt esse actu infinitus . similiter de figuris que i multitudine angulorū vadūt in infinitū. ⁊ tñ nulla potest esse figura q̄ infinitos angulos habeat actu. ¶Ideo dico q ꝑñtia ex forma non ē bona sed materialiter scz alijs materijs appositis potest esse bona:sicut ista nō est bona ex forma.sortes currit:ergo nō sortes non currit .tamen alijs appositis videlz p ꝓtradictoria necessario nō sunt simul tūc vera ⁊ bona ē ista ꝑñtia sortes currit:ergo non sortes nō currit. Eodez modo dico i ꝓposito.qz ꝓpter illa apposita vtpote qz in tali sbo est pōt esse bona ꝑñtia materialiter. ¶Sed restat dubium vnuz:qz videtur q charitas illa sepata excederet charitatē christi.Dico q charitas xp̄i fuit sūma ō facto. Tamen multi dicunt q maioz potuit causari i volūtate xp̄i sicut charitati xp̄i adderet illa beate marie eēt maioz. ¶Ad argumentū ptz.

¶Questio. II.

UTrū charitas possit diminui i infinitū q non qz scriptura non approbat tepidum. ¶Cōtra . Quicq̄d de sua natura est augmētabile illi non repugnat diminui.sed charitas est huiusmodi.ergo ⁊c. Hic introducunt ꝯtuz cōclusiones. ¶Prima est q charitas infusa est ex natura sua diminuibilis. ⁊ tota ratio ē.qz ipa est augmentabilis ⁊ p ꝑñs ita pōt ab ea remoueri q sibi dat sicut dari q nō habebat. ¶2ª ꝯclusio ē q charitas infusa de facto non diminuit.qz sicut deꝰ solꝰ eam augmētat ⁊ creat ⁊ adnihilat ita diminuit vel diminuere pōt. hoc aūt non facit nisi ꝓpter demeritum illud aut ē demeritū vel est veniale: ⁊ tūc nō diminuit eam deꝰ. ¶Probo qz si ꝓpter veniale diminueret tm̄ possunt venialia multiplicari :qz totaliter annihilaret quod est cōtra legez diuinaz q homo non existēs in peccato mortali sit sine gra vel charitate. Si aūt dicas q diminuitur p peccatum mortale: patet q hoc est falsū. quia per peccatū mortale totaliter homo pdit charitatē.ergo p illud non diminuitur. ¶3ª cōclusio ē q charitas acq̄sita que generat exactibus non pōt diminui ex cessatiōe actuū. Istud ego ꝓbo euidenter.qz nulla forma in sbo incorruptibili existens q̄ non depēdet in esse ab agēte.sed p̄cise in fieri pōt corrumpi nisi p inductionem formaruz oppositoꝝ illi forme. Unde qz iusticia non depēdet ab agente in esse nūq̄ homo semel habens iusticiā pdit eam nisi p inductionē forme sibi oppositeque aggenerāt ex frequētatione aliorū actuū oppositoꝝ iusticie .sed charitas ē huiusmodi formalit loquēdo ō charitate acq̄sita. ipa eni ab agēte ꝓticulari nō dependet in esse.⁊ p ꝑñs q̄tūcunq̄ cessent actus ex q̄bus generata est nisi inducant actus oppositi istis ex q̄bus opposita forma generat nunq̄ charitas acq̄sita cessabit vel destruetur .⁊ hoc dico de omni forma tali.sed si sit aliqua talis q̄ vltra hoc non habet ꝓtrariū .dico q ipa sic eq̄ est incorruptibilis sicut anima. ¶4ª ꝯclusio est q ipa charitas acq̄sita pōt diminui ex actibus oppositis.qz p illud potest diminui qō multoties replicatū eam corrūpit.sed ex actibꝰ talibꝰ frequētatis corrumpit.ḡ ⁊c. ¶Cōtra istas conclusiones instat q̄druplicit. ¶Primo qz qō in sua natura ē diminuibile pōt naturalit diminui sed p primā ꝯclusionē charitas p suā naturam est diminuibilis .ergo ipa naturalit pōt diminui qō est falsū. ¶2º sic. Nā ꝝm Aug⁹. Cupiditas ē opposita charitati. ergo ipsa pōt diminui p aduentuz cupiditatis. Et ꝓpt hoc exprimur q ex cessatiōe actuū sumus minus feruētes ad opandū. ergo diminuit. ¶3º sic. Nā ex cessatione actuū amicitie exprimur nos effici difficiles ad actus amoris eliciēdos .ergo videt q sicut ex cessatiōe diminuit habitus ita ex cessatione actuū pōt corrūpi. ¶4º sic. Quia nō videtur q amicitia sit magis corruptibilis q̄ sapientia.ꝫ sapientia sicut ꝓbatū fuit supius non pōt corrūpi.ergo nec amicitia quecūq̄ p actus incompossibiles corrūpetur. ¶Ad primū dicendū q natura pōt esse aptitudo naturalis ad recipiēdū aliq̄d ad qō faciendum nō est potētia naturalis sic aia ex sua natura ē ḡtificabilis ⁊ tñ nullum agens naturale pōt eā ḡtificare. sic dico in ꝓposito. ¶Ad 2m dico q loquendo de charitate infusa cupiditas nō est ei incōpossibilis.qz i nouiter ꝙuerso oēs habit⁹ vicioſi stāt cū charitate.cupiditas ḡ p actu peccati mortalis accipit. vel si p habitu opponit charitati acquisite ¶Ad 3m dico sic ⁊ ad illō qō addit ad scōm q nūq̄ ex cessatiōe actuū diminuit habitus. Ad expientiā aūt dico q qñ actus cessant appetit⁹ sensitiuꝰ circa aliq̄d occupat ex q̄ occupatione redditur difficilis ad opanduz opatiōes illas

a q̄bus cessauit per aliq̄ tempus. ¶ Ex q̄tum ad voluntatē nec difficiliter nec magis vel minus faciliter opatur sicut dictuz est in p̄ma di. ad p̄imū argumentū. ¶ Sed si dicas quare nō adgenerant ita habitus i appetitu intellectiuo ex quo seq̄tur diffi. Dico q ex sola actuū cessatione non plus in vno q̄ in alio adgenerat habitus. ⁊ ideo vel posito q generet nihil tamen refert: q̄ in appetitu sensitiuo nō remanet illud quod erat adgeneratū ex actib⁹ amicitie. in voluntate autē semp remanet nisi adducat sibi aliquid oppositū ¶ Ad 4m dico q iusticia eorum pit: q̄ in potestate voluntatis est q̄tūcūq; iusticie obiectum sibi p̄sentet illud velle vel nolle. ⁊ ideo ex velle ⁊ nolle oppositis frequētatis pōt habit⁹ oppositus generari. ꝑ nō sic de sapientia vel scia. Iz eni habeāt opinionē falsā p opposito: tñ opinio falsa nō pōt induci q̄n sapientia vel scientia insunt. Et hi⁹ ratio est ista. q̄ impossibile est actū cōtrariū actiōe opinionis mee nisi obiecti spēi occurrente. ⁊ q̄ p quocūq; instanti cōcurrit species obiecti opinionis falsē occurrit: ⁊ species obiecti sciētie vel necessario vtrūq; aget coagēdo vtriq; speciei. ⁊ hoc ē impossibile: q̄ oppositi actus sunt vel neutrū aget. ⁊ si non agat vel coagat speciei obiecti opinionis falsē non habebit actū ad generatiuū opinionis sed nō habito illo impossibile est habere opinionem falsam. ergo a p̄ncipio ad vltimū habito habitu sapientie impossibile est ip̄m corrumpi q̄ impossibile ē in illo intellectu opinionē falsā naturaliter generari. sed de voluntate nō ē sic ꝓpter eius libertatē q̄tūcūq; occurrāt sibi opposita ip̄a coagere potest cui vult p ꝓsequens potest in ea q̄cunq; habit⁹ generari: et ali⁹ sibi oppositus corrūpi. Dico ergo q charitas est in infinitū diminuibilis in natura sua sicut in infinitum augmētabilis. ¶ Ad argumentū patet p superius iam dicta.

Distinctio. XX. Questio I.

formale cõstitutiuũ. ¶Constat autẽ q essentia potest esse ꝓncipium fundamẽtale cõstitutiuũ ¶Sz ꝓtra hoc instatur q̃dripliciter. ¶Primo sic. Essentia cõparatur ad ẏbum vt generale ꝓncipium. intellect⁹ autẽ vt ꝓpriuz. Tunc sic. Illud qđ est magis ꝓpriũ ẏbo. ẽ magis đ intrinseca rõne verbi. sed intellectus ẽ magis ꝓpriũ ẏbo q̃ essentia. ergo ꝛc. ¶2° sic. Nam nõ iueni tur Aug⁹. sic dixisse q ẏbum est essentia genita ꝛ tamẽ dicit q est sapiẽtia genita. ¶3° Etiã bene dicit Aug⁹ q est noticia genita. non põt autem dici q sit ẽntia genita. ergo ꝓstituit ex attributis. ¶4° Verbum ꝓstituitur ex actu dicẽdi ꝛ subſtrato. sed oia attributa sunt abstracta ꝓbo. quia omne absolutuz qđ cõmunicat filio est subſtratuz dictioni passiue. sed omnia attributa cõmunicant verbo ꝛ sunt absoluta. ergo ꝛc. ¶Ad ꝓmum dico q quãdo magis ꝓpriũ ꝛ minus ꝓpriuz sunt ambo de q̃ditate. magis ꝓpriũ magis ꝓstituit. sicut aial ꝛ rõnale respectu homis. Sed quãdo min⁹ ꝓpriuz est de q̃ditate ꝛ magis nõ. tũc est falsa illa ꝓpositio sicut ẖ. aial ꝛ risibile respectu homis. ¶Ad ꝓpositum dico q lz intellect⁹ sit magis appropriat⁹ quodãmodo verbo q̃ essentia. nõ tamẽ est de q̃ditate suppositi verbi. qz nõ cõuenit ẏbo nisi mediãte essentia. essentia autẽ ꝓuenit in scõo modo dicẽdi ꝑ se. ergo et verbo sic conueniet. ¶Ad 2m ꝛ 3m simul dico q ẏe potest dici sapia genita ꝛ noticia genita ꝛ nõ essentia. ¶Primo. qz ista nõ sũt eque abstracta sicut essentia. ꝛ ratione illius qđ ꝓcernũt quod nõ ꝓcernit essentia. genitum potest dici de eis. ¶Alio modo qz aliqua sũt cõmunia ꝛ non ꝓpria nec appropriata. ꝛ de istis non dicunt ꝓprie loquẽdo ipsa ꝑ ꝓpria. aliqua autẽ appropriata. ẖ non ꝓpria Aliqua autẽ sũt mixta ex ꝓprio ꝛ appropriato. huiusmodi autẽ sunt noticia genita et sapia genita. ꝛ hmõi possunt meli⁹ et rationabili⁹ dici de ꝑsona q̃ illa de ꝓmo mõ vel scõo. ¶Ad 4m dico q lz attributa haberẽt vim ꝓstitutiuã. quia tñ ꝓintelligit dictio aduenire essentie q̃ attributis. hinc est q attributa ꝓstituere nõ possũt qz aduenũt suppositio iam ꝓstituto sicut dictũ fuit de spiratione actiua dato q haberet vim ꝓstitutiuã nõ ꝓstitueret. qz iam ꝓstitutum est. ¶Quantum ad 2am ꝑticulam q̃stionis videndũ ẽ. Utrũ ẏbum diuinuz sit intellectio actualis. et q̃tum dicunt aliqui q nõ. Distinguit enĩ ꝓmo q duplex ẽ noticia. s. habitualis ꝛ actual. Habitualis est illa que ꝓsistit in actu ꝓmo q̃ est potentia habẽs obiectũ ꝑsens ꝛ habitũ ꝑfectum Actualis aũt est illa q̃ ꝓsistit in actu scõo sicut ꝓmus actus ẽ scire. scõs vero ꝓsiderare. ¶Dicunt ergo isti q ẏbũ diuinũ nõ ẽ actualis noticia eo q talis nõ sit in diuinis. ¶Act⁹ autẽ scõs q̃ est opari. in deo cẽ nõ põt. ¶Primo. qz oĩs actus scõs ẽ elicit⁹ a ꝓmo. in deo autez nulla ꝑfectio est elicita. ergo ꝛc. ¶2° qz ois actus scõs recipit in aliquo. in deo aũt nulla est receptio. q̃ ꝛc ¶Sed istud stare nõ põt. qz falsũ supponit scz q actus scõs nõ sit in deo. ¶Primo qz act⁹ scõi trãseuntes nõ neganꝯ a deo. multomin⁹ imanẽtes. ꝓñs patet. qz imanẽtes perfectiones sũt trãseuntib⁹. ¶2° Felicitas oĩs nature itellectualis ꝓsistit in actibus secũdis scilz inꝯ eligere ꝛ velle. ergo sunt in deo. Et ꝓfirmat. qz ꝑ istũ modũ possent negari a do oĩa attributa cum singula i creaturis inueniantꝯ cũ aliq̃ imꝑfectiõe. sed qz hoc est ꝑ accidẽs. ideo nõ debet negari actus scõs nec attributa. ¶Rõnes etiã nõ cõcludũt. ¶Prima non. qz act⁹ scõs nũq̃ ẽ elicit⁹ nisi vbi realiter est distinctio q non ẽ in deo. ¶Nec 2a. qz actus ꝛ attributa sũt in essentia sicut in fundamẽto ꝛ nõ sicut in receptiuo. ¶Dono ergo q̃ttuor ꝓclusiones. ¶Prima ẽ q ẏbuz diuinũ ẽ actus itelligẽdi inatus ꝛ nõ elicitus. hoc ꝓbo sic. qz ẏbum ẽ actus itelligendi diuin⁹. ẖ oĩs actus intelligẽdi diuin⁹ ẽ inat⁹ ꝛ nõ elicit⁹. ergo ꝛc. Maior patebit inferi⁹ et ꝓtz. qz omne essentiale ꝓdicatur đ q̃cunq̃ ꝑsona. Minorẽ declaro ꝓmo q non sit elicit⁹. Nã oĩs actus intelligẽdi diuin⁹ est in patre. hoc patet. qz vnicus actus intelligẽdi ẽ in diuinis: ꝛ ille est in patre. sed nihil ẽ in patre elicituz. ergo ꝛc. q sit inatus patet sic. ois ꝑfectio simpliciter est essentie diuine inata. ¶2a cõclusio ẽ. q ẏbum diuinũ nõ est act⁹ talis itelligẽdi formaliter sed idẽptice. quia quãdo aliqua ita se habẽt q vnũ ꝓdicatur de alio in abstracto ꝛ non in ꝓmo modo. illa sũt idẽ idẽtice ꝛ nõ formaliter sed ostẽsum est ꝑus q act⁹ intelligẽdi non dicit̃ de supposito in ꝓmo mõ: sicut nec ẏbuz ẽ essentia. ergo cũ ista sit vera ẏbum est actus intelligẽdi ꝛ nõ in ꝓmo modo habeꝯ ꝓpositũ. ¶3a cõclusio ẽ q ẏbum diuinũ nõ est actus intelligẽdi ꝑꝑe appropriate. ꝛ hoc ꝓbatur sic. Quod ꝓuenit oĩbus ꝑsonis vniformiter non dicit̃ de aliqua ꝑsona ꝓprie. huiusmodi est actus intelligẽdi respectu ẏbi sicut amor respectu spũs sancti. ¶4a ꝓclusio est q ẏbum diuinũ est act⁹ appropriate nõ ex ꝓprietate ꝑductiõis. sed ratione sue emanationis passiue. ¶Aliter enĩ appropriaꝯ ẏbo sapiẽtia ꝛ aliter noticia itellectualis. Dicit enĩ a ꝓprietate sapiẽtia. qz sapiẽtia cõcurrit ad ꝑducendum ipm ẏbum. sed dicit̃ actualis noticia rõne emanatõis passiue. qz eo modo ꝓcedit sicut actualis noticia. s. ꝓactum dicendi: sicut patet in creaturis vbi nihil dicit̃ nisi actus intelligendi. ¶Sed ẖ oriũtur alique

diffi. ¶ Prima est. que sūt que appropriata sunt ẏbo. Dico q̄ noticia. ars. sapientia. veritas. ⁊ breuiter quecūq; analogiā habēt ad intellectū appropriant verbo. sicut que ad voluntatē appropriant spūsancto. ¶ 2ª diffi. est videre q̄ sūt verbo ppria. Dico q̄ generatio. verbū vel verbatio passiua. natiuitas. imago ſm Aug⁹. ¶ 3ª diffi. Utruz ista appropriatio ortū habeat a natura rei. an solum ab intellectu nostro fingatur vel fabricetur. ¶ Dico q̄ ex natura rei. Sapiētia enī ex natura rei alium ordinē habet ad filium quē non habet ad alias psonas. Nulli⁹ enī ē p̄ncipium ꝓductiuū nisi verbi: ⁊ ideo sibi appropriatur. q̄ sic inuenit in re. eodem modo ō charitate respectu spūssancti. ¶ 4ª diffi. Si omnia que sunt in verbo ppria ei sint idem. Dico q̄ si ponamus generationē ⁊ filiationē eiusdez ratōis esse in deo ⁊ in creaturis oportet dicere q̄ differunt in deo formaliter sicut i creaturis. ¶ Ad argumentum patet.

Questio. III.

Utrum verbum ſm eādē rōnem formalem dicatur de deo ⁊ creatura. Hic introducitur vna opinio. ¶ Dicit enī q̄ non. q̄ ẏbum diuinū est de genere subste. verbū autē creatū de genere qualitatis. ergo non sūt eiusdem rōnis. Contra istam opinionē arguo q̄drupliciter. ¶ Primo sic. Aliq̄s pōt esse certꝰ q̄ omnia p ẏbum facta sunt. quādo scz recipit euangeliū: ⁊ cum hoc dubitare vtrū p ẏbū creatum vel increatū. ō de facto patet i Arrianis ¶ 2º sic. Quicq̄d cōuenit ẏbo creato inq̄tū verbum est cōuenit ⁊ diuino. si enī aliquid deꝫ cōuenire vni quod nō alteri. hoc non erit inq̄tuz ẏbum. sed ppter aliā rōnez. sed quecūq; ita se habent sunt eiusdē rōnis cum ista reduplicatione. ergo ⁊c̄. ¶ 3º Quecūq; ita se habent q̄ q̄cquid repugnat vni inq̄tū tale repugnat alteri inq̄tuz tale. illa sunt idem in illa rōne sup quā cadit reduplicatio ⁊ repugnātia. sed hmōi sūt ẏbum diuinū ⁊ creatum inq̄tum ẏbum sunt. ergo ⁊c̄. ¶ 4º sic. Ubi p̄ncipium eiusdē rōnis ⁊ ꝓductio eiusdem rōnis ibi ꝓducibile eiusdem rōnis. sed memoria fecūda que est p̄ncipiuz ꝓductiuū verbi est eiusdē rōnis in deo ⁊ in creaturis. ergo ẏbum quod vtrobiq; ꝓducitur est eiusdem rōnis vtrobiq;. Dico ergo q̄ verbuz diuinū ⁊ creatū sūt aliquo modo eiusdē rationis formalis in deo ⁊ in creatura vt ꝓbant rationes adducte. ⁊ breuiter oēs que cōcludūt de ente. ¶ Sed cōtra hoc instatur q̄drupliciter ¶ Primo: quādo aliq̄d intrinsece ꝓstituitur ex aliq̄bus. variato altero cōstituentiū variatur totū. sed verbum creatū cōstituitur ex actu intelligendi ⁊ dictione passiua. in deo autē ex essentia ⁊ dictiōe. ergo altera pars variatur. ¶ 2º Respectus non solū variātur ex terminis: sed etiā ex fundamētis cum ab vtriſq; dependeant sed dictio passiua que est cōstitutiua verbi habet fundamētū aliud in deo. q̄ essentiā. aliud in creatura: quia actū intelligēdi. ergo variat ¶ 3º Sicut actus intelligēdi diuersificant ex diuersitate obiectoruz ita ⁊ verba. sed obiectum verbi diuini non est eiusdem rōnis cū obiecto verbi creati. quia ibi essentia diuina ℏ interdū lapis. ergo non sūt eiusdem rōnis. ¶ 4º Quando aliqua sunt eiusdem rōnis quicq̄d dicitur i quid de vno vt sic ⁊ de alio. sed actus intelligēdi dicitur in quid de ẏbo creato ⁊ non de ẏbo diuino vt patuit supra. ergo non sunt eiusdem rōnis formalis. ¶ Ad primū dico q̄ illa ppositio est vera vniuersaliter in cōstitutis p se: sed p accidens ꝓstitutis non est veruz. nam in illis que sūt p accidēs totū stat eiusdē rōnis formalis. Exemplū. Nam albū est eiusdez rōnis formalis in lapide ⁊ in ligno. sed ẏbum non ē aliq̄d ꝓstitutū p se. ideo nō valet. ¶ Ad 2m dico q̄ sicut in creaturis actus intelligēdi diuersificat specie. ita ⁊ dictiōes passiue que in eis fundāt tamē in rōne cōmuni ꝓueniūt lz nō in rōne specifica. Eodem modo dico q̄ ẏbum diuinum ⁊ creatū nō sunt eiusdē rōnis specifice. sed tm̄ cō ueniūt in rōne cōmuni ¶ Ad 3m dico p idē. Nō enī volo dicere q̄ ẏbum diuinū sit eiusdē rationis specifice. sed tm̄ cōueniūt in rōne generali ẏbi. ⁊ hoc nō improbat argumētū. ſ solū de idēptitate specifica. ¶ Ad 4m dico q̄ illa q̄ sunt eiusdē rōnis specifice eadē p̄dicata q̄ditatiua habent. modo dico q̄ verbū diuinū ⁊ creatum non sūt huiusmodi. tm̄ inq̄tum sunt eiusdē rationis illa ppositio est vera. Dico enī q̄ actꝰ intelligēdi non ōz de ẏbo creato inq̄tum ẏbuz ē sed inq̄tum tale. Sed hic est diffi. Que est illa ratio generalis ẏbi in qua omnia cōueniunt ⁊ sub qua rōne actus intelligēdi ītrat rōnem verbi creati ⁊ non verbi inq̄tuz verbū est. hoc est querere que est illa ratio addita ẏbo in genere Dico q̄ sicut ratio formalis albi inq̄tū albū ē est q̄ sit disgregatiuū. ⁊ illud nō variat siue albū sit in lapide siue in cigno. ſ semp ē eiusdē rōnis inq̄tum albū est. sic in ppōsito esse ꝓductum denominatiue p actū dicēdi ē rō cōmunis verbi. ¶ Ad argumentū patet.

Questio. IIII.

Utrum in diuinis sit ẏbum essentiale. Hic dicenduz eēt ſm q̄ dictum fuit in p̄rioribus q̄stionibus de ẏbo Qui enī dicunt ẏbum esse noticiā declaratiuā habēt dicere q̄ sic. Nam q̄libet psona habet noticiaz p fectam de essentia diuina. Similiter q̄ ponunt

verbum esse speciem intelligibilē habent idem dicere. qz in qualibet psona est eadez exemplaritas. Sodez modo de quidditate. qz in ꝗlibet psona est ꝗdditas intelligibilis. Siliter de esse cognito qđ est in ꝗlibet psona ¶ Sed iste opiniones stare non possunt de ẏbo sicut supius fuit ostensū. nec etiā ꝗtum ad illud quod ꝓsequitur scz ꝙ in diuinis sit ẏbum essentiale. nam illud videt incōueniens. ¶ Primo qz ſm Aug⁹. eo ẏbum quo filius. sed i diuinis non ponitur filius essentialis. ergo nec ponitur ẏbum essentiale. ¶ 2° Verbū non dicit nisi respectu memorie. memoria ergo haberet terminū adequatuz in ẏbo essentiali. ⁊ per ꝓns non posset vlterius pducere ẏbum notionale. Ideo dico ꝙ i diuinis non est ẏbum essentiale: qz ẏbum est dictione passiua ẏbum. sed dictio passiua est ppria tas psonalis. ergo ⁊c. ¶ Sed oriunt alique difficultates circa ẏbum. ¶ Prima si ẏbum nascit de omnibus que sūt in memoria patris. ¶ Dico ꝙ pater ⁊ filius possunt cōpari ſm duplicē ordinez scz ſm ordinem essendi: ⁊ ſm ordinem opandi ¶ Dico ergo ꝙ p illo signo p quo cōpantur in esse de omnib⁹ que sunt in patre nascitur ẏbū. p illo enī signo nihil est in patre vel in memoria patris nisi illud qđ est deus formaliter vel realiter. ¶ Sed est ne ẏbum creature ¶ Dico ꝙ aliquid potest intelligi esse ẏbum alicuius dupliciter. vel p̄ncipiatiue sicut dicimus ꝙ ẏbuz est ẏbū memorie. vel terminatiue sicut dicim⁹ ꝙ ẏbum est ẏbum lapidis. ¶ Dico ꝙ ẏbuz diuinum non est creature p̄ncipiatiue. qz creatura non ptinet ad memoriaz patris p illo signo p quo pducit ẏbum. sed solum itellectus ⁊ essentia. sed terminatiue Dico ꝙ est soli⁹ essentie p̄ncipiatiue non terminatiue. ¶ Sz ē ne ẏbum diuinū ẏbum obiectiuū. ¶ Dico ꝙ verbum nostrum habet cōpationez duplicem ad obiectū scz ad obiectum vt ad pductiuū ⁊ ad obiectuz vt ad terminatiuū. ⁊ huius ratio est. qz ē essentialiter opatio quedam. Opatio autez ex eo ꝙ pducta respicit p̄ncipium pductiuū. ex eo autem ꝙ opatio respicit obiectum vt terminatū qz respectu alicui⁹ obiecti ē opatio. sicut visio respectu alicui⁹ obiecti terminātis ē visio ¶ Id circo ẏbum nostrū habet ipm duplicē aspectū ad oppositum. Verbū autē diuinū scz sit ens pductum. ⁊ ideo respicit p̄ncipium pductiuum quia tamen non ē essentialiter opatio sicut nec actus intelligendi. sed solum essential. hinc ē ꝙ nō est obiectum rōne qua ẏbum nec rōne ꝓpria. ergo ⁊c. ¶ 2ª diffi. Utrum ẏbum diuinuz respicit voluntatem vt p̄ncipium pductiuum ¶ Dico ꝙ ꝗttuor genera ẏboꝝ inueniunt i creaturis. ¶ Quodda enī est ẏbum quod non habet nisi vnuz p̄ncipium pductiuū: sicut qñ potentia intellectiua cognoscit seipam intuitiue: ibi est enī idē intellectus ⁊ intellectū. ¶ Aliud ē ẏbum qđ habet duo tm̄ p̄ncipia pductiua: sicut quādo itellectus nudus habitib⁹ intelligit obiecta extrinseca. qz ibi ꝯcurrunt obiectuz et potentia sicut p̄ncipia distincta. ¶ Aliud ē verbum ad qđ cōcurrūt tria. s. quādo potētia habituata elicit actum respectu obiecti extrinseci qz ibi potētia ⁊ habitus sunt ⁊ obiectum ꝗ sūt tria distincta cōcurrentia. ¶ Aliud est ẏbuz ad quod cōcurrunt ꝗttuoꝝ scz quādo potentia habituata itellectiua intelligit obiectū extrinsecū ad impium voluntatis. nam ibi cōcurrunt potentia ⁊ obiectū ⁊ habitus sicut ad tertiū. ⁊ vltra volūtas in rōne intellectū mouētis ad actū ⁊ impautis ei. ⁊ illud ẏbum est impatum. et ō isto dicit Aug⁹ ꝙ ẏbū ē cū amoze noticia. Ad ppositū ꝗtum ad ẏbum diuinū ꝯcurrunt ista scz intellectus tanꝗ potētia dictiua. qz solius intellectus ē dicere. ¶ 2° Essentia in rōne obiecti qz ly obiectum nō dicat tm̄ intellect⁹ dicere non pōt nisi obiecto cōcurrēte. ¶ 3° ꝯcurrit sapiētia omnis enī potentia habituata potēs pducere habet habitū cōp̄oducentē. si respectu obiecti respectu cuius ē potentia pductiua habeat habitū sicut declaratū fuit. Sz ꝗrtū ibi non ꝯcurrit. s. volūtas. qz ẏbum ibidē est naturale ⁊ p̄ueniēs oēm actū volūtatis pductiuū. sicut enī intelligere p̄cedit velle ita pducere potētie intellectiue p̄cedit pducē volitiue. Dic ergo patet quomodo respectu ẏbi diuini nō cōcurrit ibi voluntas vt p̄ncipium pductiuū. ¶ 3ª diffi. Utrum ẏbum diuinū habeat respectuz ad creaturā. ¶ Dico ꝙ creature intelligimur habere quadruplex esse. scz actualis existētie. ⁊ hoc in potentia obiectiua. ⁊ isto mō ẏbum diuinū respectū actualē habet ad creaturā. qz cum habitudo actualis actualiter dependeat a termino nihil i ẏbo diuino est qđ actualiē depēdeat ab eo qđ est extra. Sed aliud esse habēt creature i intellectu diuino. scz exemplariter. ⁊ ꝗrtū i volūtate diuina scz ẏtualiter. ⁊ qz ſm illud eē sūt idem ꝙ ẏbum diuinū vel distincta. hinc est ꝙ respectū distinctiōis vel idēptitatis habet verbum diuinū ad ista. nec hoc est magnū incōueniens. sed ista non sūt ppria verbo. ¶ 4ª diffi. Utrum verbum respiciat creaturas que sūt in deo sicut p̄ncipium eius pductiuū ¶ Dico ꝙ si verbū respiceret creaturas que sūt i deo vt ei⁹ p̄ncipiū pductiuū. hoc esset vel vt sūt i diuina volūtate ẏtualiter. ⁊ hoc non. qz vt dictuz est ꝓus. voluntas nō cōcurrit nec aliquid qđ sit i volūtate vel ſm eē existere qđ habēt i itellectu ⁊ hoc non. qz sic ptinēt ad sciam. Scia aūt non

est ꝓncipiū ꝓductiuū ✠bi diuini: sed ꝑfecte sapientia. eo q ꝑfecte pficit intellectū respectu obiecti illius respectu: cuius ⁊ a quo ꝓcialiē ꝓducitur ✠bū ⁊ non sciētia. sed solū pficit intellectuz ad extrinseca. Vel posset dici vt ꝓtinent super eminenter in essentia diuina. et hoc non. qz respect⁹ adextrinseca ē posterioz oīi habitudie ad intrinseca: ⁊ ꝑ⁹ ꝓducit ✠bum ꝗ aliqua habitudo itelligat i eēntia respectu creature.

¶ Distinctio. XXVIII. // Questio. I.

Circa distinctionem. xxviij. quero Vtz ingenitum aut inascibile sint ꝓprietates patris q non. qz cōuenit spūisancto q̄ est ingenit⁹ et inascibilis. ¶ Cōtra. Esse a se ē ꝓpriū patri. sed esse ingenitū ē eē a se. ergo ⁊c. ¶ Hic q̄ttuoꝛ sūt videnda. ¶ ꝓmo q̄d est ingenitū ⁊ inascibile ¶ 2° vtrū ingenitū ⁊ inascibile habeāt distinctionem in ꝓsona patris. ¶ 3m est de ordine eorum adiuicē. ¶ 4m si sunt ꝓprietates patris qō ē q̄situm. ¶ Quantum ad ꝓmū dicūt aliqui q ingenitum dicit plenitudinē fecūditatis ⁊ fontalitatis. ¶ Cōtra illud arguitur q̄druplicit. ¶ ꝓmo qz plenitudo fecūditatis ē pfectio simplicit er: et ꝑ ꝗñs oibus ꝓsonis cōis. sed ingenitū nō ē cōmune. ergo ⁊c. ¶ 2° sic. Oīis plenitudo est infinita. qz q̄cq̄d est in deo q̄ntum est infinitū. sed omne infinitū ē cōmune trib⁹. ergo ⁊c. ¶ 3° fecūditas intellectus nihil aliud est nisi vis ꝓductiua ipius intellectus. Vis autē ꝓductiua est p se passio illius cui aduenit. Tūc sic. Vbicunq est inuenire subiectū est iuenire p se passionez. ꝑ in filio est inuenire intellectū. ergo ⁊ vim ꝓductiuā. ⁊ sic in filio erit ingenitū si ingenitū dicat illā plenitudinē. ¶ Siliter 4° arguo eodez modo de fecūditate volitiua. qz ipa erit vbi volūtas. ⁊ sic erit in filio ⁊ spūsancto: ⁊ sic ingenituz ⁊ inascibile erūt in vtroq. Et ideo dico q ingenitū ⁊ inascibile nihil positiuū dicunt in patre. Nā in patre nō est nisi essentia ⁊ relatio. certuz est q ingenitū non ē de essentia. qz tūc eēt in filio. nec relatio. qz non paternitas. qz ꝑm Augl si pater non generasset nihil ꝓhiberet ipm esse ingenitū. nec ē spiratio actiua. qz illa est i filio. et sic ingenitū esset in filio. relinq̄tur ergo q sit ratio negatiua. sicut incoꝛruptibile dicit negationē coꝛruptiōis. ita inascibile negatione natiuitatis ⁊ generatiōis passiue. ¶ Sz ꝓtra ista instatur q̄druplicit. ¶ ꝓmo sic. Nulla imperfectio debet poni i diuinis. sed omnis ꝓuatio dicit impfectionez. ergo nulla ꝓuatio debet poni in diuinis. ¶ 2°. ꝓuatio ponitur ad siniſtraz ꝓtem entis. positiuū ad dextrā. ergo positiuuz dicit perfectionez. ꝓuatio vero impfectionem ¶ 3° sic. ꝓiuato dicit negationē in apto nato. sed deus negationē nullius habet qō sit aptus natum haberi ab eo. ergo ꝓuatio aliqua non ē in deo. ¶ 4°. Illud non ē ponēdū in deo quod eque cōuenit nihilo. sed eē ingenitū ꝙuenit nihilo. ergo ingenitū nō est ponēdū in deo. ¶ Ad ꝓmū dico q ꝓuatio q̄ ꝑcise pfectionē ꝓuat. illa est que impfectionem dicit. ¶ Circa qō sciendum q ꝓpriuatōes distinguūt ꝑm distinctionē positiuoz q̄bus opponunt ¶ Quedā eni ꝓuationes sūt q̄ ꝓuant pfectiones sicut ignoꝛātia: et nesci[a]: ⁊ ista dicūt impfectionē. ¶ Alie sūt q̄ ꝓriuant nō pfectionē simplicit. sed pfectionez ꝑm q̄d solū: sicut inanimatū. eē eni animatum ꝛz dicat pfectionē: tñ dicit pfectionē ꝑm q̄d. ⁊ ideo eius ꝓuatio dicit impfectionē talē. ¶ Alie autē sunt q̄ ꝓuant impfectionē: sicut incoꝛruptibilitas q̄ coꝛruptionē ꝓuat. ⁊ iste dicūt pfectionez ⁊ ponunt in deo eo q dicitur imoꝛtalis. ⁊ silia. ¶ Alie sūt que ꝓuant illa q̄ neq pfectionē neq impfectionē dicūt. hmōi est ingenituz qō ꝓuat generationē q̄ nec pfectionē nec impfectionez dicit. ⁊ talis bene pōt poni in diuinis. ¶ Eodē modo dico ad scām. ¶ Ad 3m dico q sūt q̄ttuoꝛ genera ꝓuationū. Unde ꝓuatio est q̄ est carentia in apto nato ꝑm idem indiuiduū. sicut caecus idē numero cecus ē apt⁹ videre. ¶ Alia autem est que nō est ꝑm idem indiuiduū. ꝑ ꝑm eādem spēm. sicut homo cec⁹ inq̄tum homo est aptus videre non q̄tum hic homo. ¶ Alia est ꝑm genus. sicut talpa est apta videre inq̄tum aial non tamē inq̄tū talpa. ¶ Alia est ꝓuatio q̄ est carentia in apto nato ꝑm trāscēdens sc̄ba est indepēdens inq̄tum sc̄ba. sed tñ inq̄tuz ens ē apta depēdere nec sic repugnat. quia accidēti cōuenit. ¶ Dico ergo q loquēdo ō ꝓuationibus ꝓmis modis sic accipiēdo ꝓuationez inq̄tum huiusmodi nō ponit in deo. Nō primo modo. qz qō possibile est in deo totuz est ibi in actu. Nec alijs duob⁹ modis. qz deus nō est in genere vel in specie. Sz q̄rto mō bñ sibi conuenit. Deus eni ōr incoꝛruptibilis nō q ꝓpriōnē generis vel spēi hoc sibi ꝙueniat. sed qz inq̄tum ens. sibi nō repugnat: ⁊ ita p suū trāscēdens. ⁊ sic dico in ꝓposito. ¶ Ad 4m dico q ingenitū ōr q̄ttuoꝛ modis Aut qz nullo modo pt ei ꝙuenire generatio ꝑm aliq̄d qō sit in eo. isto modo solū nihil ōr ingenitū. qz omne aliq̄d habet i se aliquā rōnem fozmalē cui generatio nō repugnat. Unde isto mō chimera ōr ingenitū. Aut qz nullo mō pōt sibi ꝙuenire generatio ꝓprie sumpta ꝛz bñ possit sibi ꝙuenire generatio sūpta cōmuniter scz generatio sūpta cōiter ꝓ ꝓductione. ⁊ isto modo ōr spūssanctus ingenitus. qz ꝓprie nō est genitus ꝑm Augl. de trini.

ꝛ ita etiã angel⁹ dicit ingenitus. qꝛ nllo modo generari pot nec a deo nec a creatua accipiẽdo ppie generationẽ lz pducatur a deo. ¶ 3° modo dꝛ ingenitũ. qꝛ non pot cõuenire generatio simpliciter. vt scz genito qꝫ: sed cũ determiatione bene. vt scz sibi cõueniat vt termio formali generationis. ꝛ isto mõ essentia diuina dꝛ ingenitũ. qꝛ simpliciter non generat. lz sit bene terminus formalis generationis diuine. ¶ 4° mõ dicit ingenitum cui nõ pot ꝙuenire aliquo mõ generatio accepta generaliter ꝓ omni pductione. lz i eo sit aliqua relatio cui passiua generatio nõ repugnat. ꝛ isto mõ sola psona patris dꝛ ingenita. qꝛ nullo mõ pducta. sed tamen ei repugnat inq̃tum psona vel inq̃tum ens. ꝛ isto modo non ꝙuenit ipi nihilo esse ingenitũ. ꝛ sic patet ad illud. ¶ Ctum ad 2am ptem pncipalem istius q̃stionis oportet videre vtrũ ingenitũ ꝛ inascibile habeãt distinctionẽ in psona patris Et si q̃ratur de idẽptitate reali eo mõ q̃ puatio nibus potest cõpetere. ¶ Dico q; sic. qꝛ vni⁹ positionis realiter est tm̃ vna puatio realiter. ꝟ generatio ꝛ natiuitas est vna ppietas realit. qꝛ si nõ. i filio essent diuerse res. ergo ꝛ puatiões earũ sũt eedẽ. Si aut̃ querat q̃stio de distincti one aliquali ex natura rei lz non reali. ꝟ modo cõmuni formali. Hilari⁹ videtur dicere q; sic. Ubi sciendũ q; iste rationes abstrahũt a se iuicem: ꝛ se habẽt ꝟm sub ꝛ supꝛa. ¶ Primo. ſ. natura itellectualis. ¶ 2° natura viuens. ¶ 3° natura ſbalis. ¶ 4° natura i vniũsali. Oñis eni natura itellectualis est viuẽs. non aũt omnis natura viuens ẽ itellectualis. sic bos viuẽs natura est. tamẽ non itellectualis. Omnis autẽ natura viuẽs est ſbalis non tñ ecõuerso. qꝛ ignis est natura ſbalis non tamẽ viuẽs. Oñis natura ſbalis est natura accepta i vniũsali: nõ tamẽ ecõuerso. qꝛ accidẽs est natura accepta i vniũsali: nõ tamẽ ſbalis. ꝛ sicut ista abstrahũt a se iuicem sic pductiones ꝙntes abstrahũt Nam pductio in natura intellectuali ẽ dicere. in natura autẽ viuẽte est nasci. et sicut natura viuens abstrahit a nata itellectuali. ita natiuitas abstrahit a dictione. in natura autez vniũsali ẽ pductio vniuersaliter sũpta. et sic abstrahũt a se ipis. ꝟm autẽ istum modũ ꝟm quẽ abstrahunt iste pductiones et vna ab alia p̃cindit. sic suo modo negatiões istaꝝ pductionũ Sicut ergo generatio ꝛ natiuitas sũt due rões formales: ꝛ inter se diuse. sic ingenitũ qꝫ est puatio generationis: ꝛ inascibile qꝫ est puatio natiuitatis habẽt aliqualẽ diuersitatẽ vel differẽtiã eo modo quo puatiões p̃nt habere. ¶ Sz h sũt diffi. ¶ Prima est. si sola psona patris habet puationes. ¶ Dico q; nõ. qꝛ spũsanctus habet non pductiuitatẽ. est eni non pducens. sed filio nullã ppiam negationez habet. quia oñis negatio que sibi cõpetit vel cõuenit patri vel spũsãcto ¶ 2a diffi. Quare negationes spũsancto nõ sũt notiones. ¶ Dico q; qꝛ ad dignitatẽ ptinẽt. nõ dico ad pfectionẽ: qꝛ aliqua ad dignitatez ptinent que non ad pfectionẽ ¶ Ctum ad 3am pticulam pncipalem ẽ videndũ quẽ ordinẽ habẽt iste priuatiões ad inuicẽ. ¶ Ad cui⁹ euidentiaz est sciendũ q; quãdocũq; duo positiua abstrahũt a se inuicẽ sicut supius ꝛ inferius. negatio inferioris abstrahit: ꝛ ẽ prior ꝟm ꝙñam negationem superioris. cuz ergo ꝟm p̃dicta generatio sit superior ad natiuitatez. negatio necessitatis que est inascibile erit prior ꝛ superior ad negationez generationis q̃ est ingenitũ. ¶ Hoc ꝓbatur dupliciter. ¶ Primo logice sic. Prim⁹ est ꝟm logicũ a quo non ꝙuertit subsistendi ꝙña. sed non sequit non homo. ergo non aial. ecõuerso autẽ bene non aial. ergo nõ homo. ergo seqtur q; negatio inferioris cuiusmodi ẽ inascibile sit prior negatiõe superioris. ſ. ingenito. ¶ 2° hoc idẽ ostẽditur phisice sic. Quãdo sunt duo puatiue imediate opposita: quanto positiuũ plus extendit tanto priuatiuũ magis artat. sic quãto plures sunt homies videntes tanto pauciores sunt cecitates. ꝛ quãto illo minus tãto hoc magis dilatatur. sed genitũ ꝛ natum sunt positiua quorũ vnũ magis extẽditur q̃ aliud. scz genitum. ergo eius puatio magis artatur. Natũ autem minus extendit. ergo eius puatio magis dilatatur. ergo puatio geniti que est ingenituz magis artatur ꝛ minus extenditur q̃ inascibile q̃ est puatio natiuitatis. ergo inascibile i plus se habet q̃ ingenitũ. sicut patet manifeste in non homie ꝛ nõ animali. ¶ Ctum ad 4m pncipale videndũ est. si ingenitũ ꝛ inascibile sint ppietates patris. hoc facit diffi. quia essentia dicit ingenita. psona spũssancti dicit ingenita. psone etiaz patris dicitur ingenita. ꝛ q̃rto tota trinitas. ¶ Dicit sicut dictum fuit in pma particula q̃stionis accipiẽdo ingenitũ vel inascile ꝓ eo cui nõ cõpetit pduci aliqua pductione. nec vt quo nec vt qꝺ nec ꝟm aliq̃d sui. Sic inquã accipiendo sunt ppietates patris. qꝛ isto modo sibi cõueniũt. Nam pater a nullo est pducibilis aliqua pductiõe. nec vt quo nec vt qꝺ nec ꝟm aliquid sui. Alijs autem non cõueniunt ita omnia. nam spũsãcto cõuenit pduci aliqua pductione. essentie cõuenit pduci vt quo. trinitati cõuenit pduci ꝟm aliquid sui. ¶ Relinq̃tur ergo q; sint ppietates patris. ¶ Sed hic oriunt diffi. ¶ Prima est quomodo puatio potest cẽ ꝓpꝛia alicui qꝺ sit in deo. ¶ Propterea hoc dixerunt aliqui q; ista non dicunt priuationes: sed

positiua quedã. ¶ Sed illud nihil valet vt patuit supius. ¶ Primo quia si nõ esse ab aliquo diceret aliquid positiuũ in patre. illud necessario esset vel absolutuz vel relatiuũ. non potest esse nisi relatiuũ. quia ppriuz est. sed oĩs huiusmodi respectus in patre est respectus originis. ergo in patre pter originẽ actiuã est respectus originis q̃ non posset esse nisi passiue. ꝛ sic pr̃ diceret esse originat⁹ a se vel ab alio. sed a se magis. qz dicũt q a se ẽ positiuũ. ¶ 2° qz in diuinis non ponunt nisi q̃ttuoz relatiões ꝛ vnũ absolutum. tunc essent necessario q̃ncq̃. ¶ 3° quia ſm Aug⁹. 5° de trini. cum dicim⁹ patrẽ ingenitum nõ quid sit sed quid nõ sit designat. ergo non est positiuũ. ¶ 4° sic. quia tunc esset vna innascibilitas positiua p te ꝛ alia negatiua in patre. ¶ Aliqui autẽ volunt dicere q non ẽ ponẽda ꝓpatio in deo. qz aptitudinẽ dicit i subiecto hoc autem dicit impfectionem. ¶ Sed illõ non põt stare. ¶ Primo. qz in deo est carentia dependentie ſm quã dicitur independẽs. cũ ibi non sit aliqua dependentia. ꝛ tamẽ deo inq̃ntũ ens est. nõ repugnat dependere. 2° qz in deo est carẽtia finis ſm quã accipitur ratio infinitat⁹ cuz infinitas negetur ab eo. tamẽ deo inq̃ntum ſba non repugnat finiri. ¶ 3° quia cum dicit de⁹ incorporeus si illa incorporeitas esset positiua. esset ibidem duplex incorporeitas. vna positiua quã ponis: ꝛ alia negatiua. ¶ Naz null⁹ potest negare q̃n in deo sit vere negatio vel carentia forme corpalis. nam rõni formali ſbe que i deo est ex se non repugnat esse corporeũ. ¶ 4° quia si per impossibile deus esset colorat⁹ stantibus omnibus positiuis que sũt in eo formaliter nõ esset inuisibilis oculis carnis. ergo p aliqd̃ positiuũ non est nũc inuisibilis. sed p solam carẽtiam coloris ¶ Dico ergo q̃ntum ad istã diffi. q in deo vere sunt ꝓpationes multe large sumendo. sicut accipitur ꝓpatio que dicit aptitudinẽ rõne trãscendẽtis vt dicebatur supius in 4°°. ¶ Deus tamẽ sub rõne ppria non est aptus natus ad aliquid qđ non habeat. Si dicas tu supponis q infinitas dicit negationẽ: ꝛ tamẽ dicit me dũ extrinsecũ. similiter incorporeũ q đ est differẽtia đ genere ſbe. ¶ Dico q tam infinitas q̃ incorporeũ q̃ntum ad rõnes formales eoruz dicunt ꝓpationes que vere sũt in deo suo modo essendi ꝛ dicunt de deo. sed tamẽ p istas negationes vel ꝓpationes bene circũloquimur aliq̃ positiua vtpote p infinitatẽ q̃titatem vtutis. p incorporeũ dr̃iam spũalitatis que est positiua in deo ꝛ creatura ¶ Si dicatur q necessario in deo erit aliqd impfectum scz ratio illa trãscẽdentis que habet aptitudinẽ ad habenduz qđ non habet. ¶ Dico q nihil dicitur impfectum ppter rõnem deitatis adiunctam que oĩa cõtinet supereminẽter. Nec etiaz ratio ſbe in angelo dicit impfectioz eo q non habet illud qđ sibi ſm se non repugnat. qz talis repugnantia ẽ rõne melioris adiuncti. ¶ Sed differunt ne iste ꝓpationes a negationib⁹. ¶ Dico q non formaliter vt pcindunt ab omni fundamẽto. qz vt sic vtrũq̃ dicit solam carentiam. tamẽ ꝓpatio concernit fũdamẽtũ aptũ natũ a nõ negatiuo. vnde sub rõne trãscendentis ponunt iste negationes in deo. ¶ 2ª diffi. Quod est fundamẽtũ huius negationis scz ingeniti vel inascibilis ¶ Dico hic q̃ttuoz cõclusiones negatiuas. ¶ Prima est q inascibilitas non fundat super essentiaz. quia in quocũq̃ est fundamẽtum ꝓpationis et ipa ꝓpatio. sed in filio est essentia. ergo esset ibi inascibilitas. ꝛ sic duo opposita i eodẽ supposito ¶ 2ª cõclusio est q nõ fundat sup paternitatez qz paternitati nõ repugnat ex se esse cum nascibilitate ex sua ratione formali. vt in creaturis patet. Et etiam ingenitũ potest esse sine paternitate. quia si pater non genuisset, nihil phibet ipm esse ingenitũ ſm Aug⁹. ¶ 3ª cõclusio q non fundat imediate sup essentiã ꝛ paternitatem simul sumptis. qz distinctoruz fundamẽtorum formaliter sunt distincte ꝓpationes formaliter. cum ꝓpationes distinguant ex terminis ꝛ ex fundamẽtis. ¶ 4ª cõclusio q inascibilitas non fundatur ꝑmo sup totam psonaz. quia q̃cquid attribuim⁹ psone patris attribuim⁹ vtra tione essentie vel rõne relatiõis. Similiter cõmuniter non dicit q psona sit aliud ab essentia et ppietate simul sumptis. nõ ergo põt fundari in psona si in eis non potest fundari. ¶ Dico ergo q ingenitũ ꝛ inascibile fundãtur super ꝑmitatem originis que est in psona patris. Et hoc ꝓbo sic. Sup illud fundat ꝓpatio quo ponitur ꝛ quo sublato aufertur. sed isto modo est hic. supposito eni habente ꝑmitatẽ originis ex hoc q in tali signo est. sibi repugnat esse ab alio. tunc eni esset in scõo. Circũscripto autem signo scz ꝑmitate originis. sibi nõ repugnat esse ab alio cum statim positum in alio signo sit ab alio. ergo ꝛc. ¶ Intelligẽduz tamẽ est q aliquę negationes ꝓueniũt p accidens subiecto sicut hic. homo non est albus. nam ab eo põt auferri ista negatio ¶ Alio modo sicut inferi⁹ accidit supiori. sic animalitati i asino accidit irrationabilitas. ¶ Alio modo p se sed non ꝓuertibiliter sicut incorporeũ angelo. ¶ Alio modo p se ꝛ cõuertibiliter. sicut incorporeitas spũi. ¶ Dico ergo q scz inascibilitas possit aliquib⁹ aliis cõpetere ꝑmis tribus modis. ¶ 4° tamẽ modo cõuenit pcise ꝑmitati originis. ¶ 3ª diffi. quare solum inascibilitas dicit notionez cum in diuinis sint

multe alie ꝑuationes. ¶ Dico q ad rōnem ꝓ
prīam notionis ąttuoꝝ req̄runtur. ¶ Primo q
sibi nō determiet q sit positiua nec ꝑuatiua nā
ąttuoꝝ relationes sūt que sunt positiue ⁊ tñ sūt
de numero notionū. ¶ 2° q illud nō sit cōmune
tribus. ⁊ ideo infinitas et incoꝝporeitas nō sūt
notiones eo q omnibꝰ cōueniunt. ¶ 3° q sit ꝑ-
prīa vni soli ꝑsone: ⁊ ideo spiratio actiua nō ē
notio. ¶ 4° q ímportet dignitatez: ⁊ ideo ípro-
ductiuitas que est ꝓprīa spirituisācto accipien
do eam ad intra non ponitur notio. ⁊ q̄ inasci
bilitas omnia ista habet. hinc est q ípa ꝑcise ē
notio. ¶ 4ª diffi. Si i ꝑsona patris sunt alie no
tiōes scz inspiritualitas ⁊c. ¶ Dico q sic. tamē
q̄ ille omnes que ponunt ꝑtinere ad dignita-
tem reducunt ad istas. hinc est q ponūtur nisi
iste. ¶ Ad argumentū patet.

Questio. II.

Utrum ingenitū ⁊ inascibile sint ꝓprie
tates patris cōstitutiue. q sic. Omne
quod dat esse incōmunicabile ꝓstituit.
sed iste ꝑuationes dant esse incōmunicabile. er
go ⁊c. ¶ Cōtra. Quod non est ens non ꝓstituit
ens. sed hec non sunt entia. ergo ⁊c. ¶ Hic itro-
ducitur vna opinio que dic q sic. q̄ ꝓprietas
incōmunicabilis que ꝑmo aduenit ꝑmo supo-
sito ípm ꝓstituit. sed inascibilitas est huiusmo-
di. ergo ⁊c. Mi. patet: quia omne quod ē ad
aliud ꝓius ē aliud ad se ꝙ̄ sit ad aliud. ingeni-
tum autem ad se. Hanc opinionē cōfirmo qua-
druplíciter. ¶ Primo sic. Illud cui non repugt
eē sine altero ⁊ alteri repugnat esse sine illo illō
est ꝑus. sed ingenito non repugnat esse sine pa
ternitate. tamē paternitati repugnat esse sine i
genito. ergo ingenitū est ꝓius. Minoꝝ patet:
q̄ essentia in illo prīori ꝑ quo ꝑcedit patrē est
ingenita. ¶ 2° Quādo aliquid indifferēs est ad
opposita ꝓtradictorie ⁊ ꝓtrarie. ꝓius est indif-
ferens ad opposita cōtradictorie ꝙ̄ ꝓtrarie. sed
essentia est indifferēs ad generare ⁊ generari q̄
sunt ꝓtraria. ⁊ ad genitū ⁊ ingenitū que sūt cō
tradictoria. ergo prīoꝝ ē habitudo ad ista. et ꝑ
ꝑns ingenituz est prima ꝓprietas simpliciter.
¶ 3° Quādo aliquid cōꝑatur ad ꝓius ⁊ poste-
rius. prīoꝝ ē habitudo sui ad ꝓius ꝙ̄ habitu-
do ad posterius. sed pater ꝑ hoc q est genitoꝝ
cōꝑatur ad posterius. ꝑ hoc autē q est ingeni-
tum cōꝑatur ad ꝓius scz ad generās qđ non ē
ergo ingenitū ꝑus est generatōe. ¶ 4° sic. Quā
do ꝑuatio ineſt alicui ꝑ illo signo sibi ineſt ꝓ
quo habitus sibi oꝑpositus aptus natꝰ ē sibi in
esse. sed si pater generaret ꝑus ineſſet sibi gene
ratio passiua ꝙ̄ actiua. ergo negatio generatio
nis passiue ꝑus ineſt ꝙ̄ generatio passiua. De
ratione autē ꝓprietatis ꝑmo incōmunicabilis
est cōstituere. ergo ingenitū ꝓstituit. ¶ Sed cō-
tra istam opinionē arguo ądrupliciter. ¶ Pri-
mo sic. Persona relatiua nō pōt formaliter cō
stitui ꝑ illud quod est ad se. sed ingenitum ſm
Aug⁹. 5°. de trini. dicitur ad se. pater autē est ꝑ
sona relatiua. ergo non cōstituitur per ingeni-
tum. ¶ 2° Nullū positiuū suppositū cōstituitur
ex negatiuo vel ꝑuatiuo. q̄ tunc totum eēt ꝓ
uatiuū. sed suppositа diuina sunt positiua. ¶ 3°
Nullum suppositū reale potest ꝓstitui ex eo qđ
non est reale. suppositū diuinū est reale. ꝑuatio
aūt non est res. ergo ⁊c. ¶ 4° Illud quod non
habet esse nō potest dare esse. sed ꝓuatio cum
sit quedaz negatio est huiusmodi. ¶ Dico ergo
q ingenitū non ꝓstituit patrē. ¶ Quod ꝓfirma
tur ądrupliciter. ¶ Prīo sic. Omnis distinctio
aliquorū fundat in prīncipijs distinctis eorū.
cum ergo eadē sint ꝑncipia cōstitutiua ⁊ distin
ctiua. si ingenitū cōstitueret ingenitū esset fun-
damentū distinctionis que est patris ad filiuz.
Tūc sic. Nullū reale positiuū potest fundari i
ꝑuatione vel negatione. sed distinctio patris a
filio est realis ⁊ positiua. ergo nō pōt fundari i
ingenito quod est ꝑuatiuū. Vel da q sic. Seq̄-
tur q distiuctio patris a filio non erit realis nec
positiua. hoc autē totū sequitur ex hoc q inge-
nitum ponit ꝓprietas patris ꝓstitutiua. ergo
hoc non potest stare. ¶ 2° Illud qđ cōstituit ꝑ-
sonam fundat imediate in diuina essentia. sed
inascibilitas non fundatur imediate in diuina
essentia. ergo non cōstituit. Maioꝝ est manife
sta. Minorē ꝓbo Sicut aptitudo naturalis ē
ꝑ se passio illius cui cōuenit. vt patz ex supradi
ctis. ita repugnātia naturalis est ꝑ se passio illi
us cui cōuenit. Sicut eni risibilitas est ꝑ se pas
sio homis. ita repugnātia ad ridere scilz irrisi-
bilitas est ꝑ se passio asini. cuz ergo esse genera
bile sit aptitudo naturalis et ꝑ ꝑns ꝓprīa pas-
sio eius cui cōuenit. sic repugnātia ad generari
quā intelligo q inascibilitatez erit ꝓprīa passio
illius cui cōuenit ꝑmo. sed si ingenitū vel inna-
scibile cōstituat ípm ꝑmo ꝓuenit eēntie diuine
ergo ingenitū ⁊ inascibile erūt ꝓprīa passio es-
sentie diuine. Tūc sic. Ubicūq̄ est iuenire sub
iectum est iuenire ꝓprīam passionē. sed in filio
est inuenire essentiā. ergo in filio erit repire ina
scibilitatē. ⁊ sic ꝓprietas constitutiua ꝑme ꝑso
ne esset formaliter i tribus qđ videtur inconue
niēs. ¶ 3° arguo sicut arguit doctoꝝ noster Nul
la negatio est ꝑmo incōmunicabilis. sed forma
le cōstitutiuū patris ē incōmunicabile ꝑmo. er-
go ingenitum non ē formale ꝓstitutiuū. Ma.
patet. Si eni negatio esset incōmunicabilis ꝙ̄
tūcunq̄ fundaret cōmunicaret. sequit cōtra-
dictio. s. q in eodē fundamēto eēnt affirmatio

ꝛ negatio. Nam primo est fundamentū cū negatione. negatio aūt ponitur incōmunicabilis fundamentū autē cōmunicabile. ergo erit fundamentū sine negatione. ꝛ p cōsequēs cum negatione ꝛ affirmatiōe. ꝛ sic cōtradictio. Innascibilitas autē fundat imediate in essentia que est cōmunicabilis posito q̄ ipa sit ꝓstitutiua. ꝛ p ꝓsequēs essentia ē incōmunicabilis sicut ipa innascibilitas ē incōmunicabilis. vel si nō. essentia erit cū affirmatiōe et negatiōe. ¶ Dico ergo q̄ innascibilitas non pōt esse ꝓprietas cōstituti ua p̄me psone. qz nll'o modo pōt esse ꝓprietas p̄ma. ¶ Sed cōtra. Essentia diuina psone patri nō cōmunicat. diuina eēntia psone filij cōmunicatur. ergo idē est cōmunicabile ꝛ incōmunicabile. ꝛ sic opposita p̄uatiue dicunt de eēntia ¶ 2° Quia essentia diuina in psona patris ē p̄ncipium ꝓductiuū diuine psone. in psona spūs sancti nō. ergo affirmatio ꝛ negatio de eodem ¶ Ad ista Ad primū dico q̄ nō cōmunicari nō cōuenit diuine essentie imediate. sed mediante p̄mitate originis in qua fundat ista incōmunicabilitas. ꝛ ideo quādo dico essentia vt i patre accipio eam cū p̄mitate originis que est fundamentū istius negatiōis. quādo autē dico essentia vt in filio. accipio eam sine fūdamēto. ꝛ ideo affirmatio ꝛ negatio non dicunt imediate ō eodem sed mediante alio. ¶ Ad 2m eodem modo. Nam eē p̄ncipium ꝓductionis ꝓuenit essentie vt sub p̄mitate originis. in spūsancto autē non est sub ista p̄mitate. ꝛ ideo nō ꝓcludit distinctionē essentie. sed p̄mitat originis ab alio signo. Ad argumēta alteri⁹ opinionis. ¶ Ad primum dico q̄ Aug⁹ vocat ibi ad se omne illud quod non est positiue ad aliud. ꝛ qz ingenitū non sic est ad aliud. scz positiue. dicit q̄ est ad se. tamē videtur expresse cōcedere q̄ non exit gen⁹ relationis. ¶ Ad 2m dico q̄ bene ꝓbat q̄ ingenitus imp̄ꝛopꝛie accipiēdo p̄cedit patrē. sed tamen illud cōuenit essentie. ꝛ illud nō est incōmunicabile Sed accipiēdo ꝓpꝛie ingenitū sicut supꝛa dictum est. illud ē ꝓpꝛius patri ꝛ seqūtur paternitatē: illud enī est incōmunicabile. sed qz fundatur in p̄mitate originis que p̄supponit patrē hinc est q̄ nō cōstituit. ꝛ de tali dico q̄ impossibile est esse sine patre. lz ingenitū qō cōuenit essentie possit. ¶ Ad 3m dico q̄ dupliciter deficit. ¶ Primo qz non est simile ō positiuis ꝛ negatiuis. Negatiua enī nō possunt esse ō intrinseco intellectu alicui⁹ positiui. Positiua autez sic. ꝛ ideo lz si pater esset ab alio respectus ad prius p̄cederet respectū quo respicit illud qō ē ab eo quia posset esse ꝓstitutiuū illius. negatio tamē respect⁹ ad prius nō. quia illa negatio non pōt eē ꝓstitutiua psone positiue. ¶ 2° quia respect⁹ ad p̄us lz p̄cedat respectū posteriorē et ad posterius. non tamē p̄cedit respectum qui nō est posterior lz sit ad posterius. ſ. illū qui ē cōstitutiuus. vnaquęq; enī res respicit p̄us illa ve primo modo q̄ illa que sibi cōueniunt p accidens sicut homo p̄us intelligit esse animat⁹ q̄ itelligatur eē a deo. ꝛ deus p̄us q̄ non creatiu⁹. patet ergo respicit respectū paternitatis quo constituit q̄ ingenitū. ¶ Ad 4m dico q̄ habitudo ad p̄iora pōt concedi p̄ior q̄ habitudo ad posteriora si habitudo ad posteriora nō cōstituit fundamētū vtriusq;. modo hec habitudo ad filium cōstituit. habitudo autē ad p̄us nō. ergo ꝛc. ¶ Similiter dato q̄ esset verū adhuc tamē non haberet ꝓpositum. qz ingenitū non ē habitudo ad p̄ius. sed negatio habitudinis ad p̄ius. ꝛ ideo nō valet argumētū nec ꝓbat q̄ ingenitū p̄cedat paternitatē. ¶ Ad argumētū ptz.

Questio. III.

Utrū igenitum ꝛ innascibilitas sit extrema opositōis p̄uatiue. Hic p° videndū ē si p̄uatio ē alia opositio a ꝛdictiōe formalit. ¶ 2° si p̄uatiue opposita sint icōpossibilia. ¶ 3° ō q̄sito. vtz sint extrema talia. ¶ Ad p̄mū dicūt aliq̄ q̄ sic. qz opositio ꝑm q̄ genꝰ diuidit i illas 4or opositōes tā q̄ i spēs diūsas. cū g̃ p̄uatiue opposita ꝛ ꝛdictorie sint due spēs opositiōis. relinq̄t q̄ distinguunt formalit ¶ Sz Ad nñ sūt aliq̄ duo q̄z vnū nō addit ad aliud nisi illō qō ē ex rōez fōrlē vtriusq; illa formalit nō differt. ꝟ p̄uatio ñ addit ad negatōez nisi vel ꝟ iectū vel aptitudinē naturalē q̄z neutz ē ō rōne formali ei⁹. g̃ ꝛc. Oppa. ptz. ꝛ mior q̄tum ad vnā ptē. ſ. q̄ p̄uatio nō addit ad negatiōez nisi illa duo. ¶ Hūc declaro q̄ neutz illoz ē ō rōne formali p̄uatiōis vel negatiōis. ꝟ ptz ex ꝟ. cecitas enī ꝛ visus ex rōne formali eoz opponūt. ꝟ nec ſbiectū nec habitudo naturalis sic opponit visui. qz visus stat cum vtroq; . g̃ nō sūt ō rōne formali p̄uatiōis. ¶ Cōfirmat. Nā extrema ꝛdictiōis dicūt ō extremis p̄uatiōis p°° dicendo se. qz p̄uatiuū ē formalr negatiuū: ꝛ positiuū ē affirmatiuū. g̃ ꝛc. Dico g̃ q̄ nō distinguūt nisi extrisece vtpote p ſbiectū ꝛ aptitudiez. ¶ Ad rū ad 2m videndū ē si p̄uatiue opposita sint icōpossibilia. ¶ Dicūt aliq̄ q̄ nō. qz stāt sit. sic ptz i luna Lux enī lune stat cū tenebꝛa. Dicūt g̃ isti q̄ nō sūt icōpossibilia ex rōnib⁹ eoz. qz tūc i q̄cūq; g̃ du repugnarēt. ꝛ sic q̄tūcūq; minima lux non posset eē cū q̄licūq; tenebꝛa. nō g̃ repugnant ex rōnib⁹ formalib⁹ eoz. ꝟ solū sūt icōpossibilia ex g̃du. vtpote lux valde itēsa non stat cū tenebꝛa. ¶ Cōtra ꝟ argo 4r. ¶ Pꝛio sic. Cōtradictoꝛia ex suis rōnib⁹ formalib⁹ repugnāt ꝛ sūt icōpossibilia. ꝟ p̄uatiue opposita q̄tū ad rōes for-

males nō differūt a ꝺictozijs vt ostēsū ē. g ⁊c ¶2° sic. Qꝺ ex sua rōne formali excludit aliqd illa sūt incōpossibilia. ꝫ ꝑuatio ex sua rōne formali excludit positiuuz .sic cecitas ex sua rōne formali excludit visū. g ⁊c. ¶3° sic. Cōtraria ex suis rōnib⁹ formalib⁹ repugnāt et ꝺrtantur. g mꝫto magis ꝑuatiue opposita. ꝓñtia ptz. qz magis sūt incōpossibilia ꝑuatiue opposita cꝫ ꝺria. antecedēs ptz ex diffinitiōib⁹ ꝺrioꝝ. ¶4° Relatiue opposita ex suis relatiōib⁹ formalib⁹ opponunt. g mꝫto magis ꝑuatiue opposita .patet ꝓñtia. qz illa magis opponūt cꝫ ista. Dico g ꝙ habēt incōpossibilitatē ex rōnib⁹ formalib⁹ eorū. ¶Sed ꝺ ꝫ arguo sic. Accipio habitū intelligibilē q ꝑt augeri vtpote sciaz vel sapiaz: ista nō habēt ꝺrietatē. ꝫ solū habēt ꝑuatiue oppositionē. sic habēs ꝙnqꝫ gdus scie ꝑcise ex sit aptꝰ natus hre sextū. certꝰ ē ꝙ ē ꝑuatꝰ sexto. hz g simul sciam ⁊ ꝑuationē scie. ¶2° ꝫ idē apparet in formis sensibilib⁹ ¶Añ eni aq ē frigida simpliciter nihil hz de caliditate. qñ autē hz tm ꝙnqꝫ gdus caret alijs ꝙnqꝫ. ⁊ sic hz gduz aliquē formē ⁊ ꝑuationē alicuiꝰ gdus ¶Rñdeꝯ ꝙ ꝙlibet gdus ē icōpossibilis sue ꝑuatiōi. sic tota forma ꝑuationi totiꝰ. ⁊ ita non sūt simul ⁊ ꝑuatio sibi opponit. ꝫ forma vna stat cuz ꝑuatiōe nō illius formē q ē i subiecto. ꝫ alterius. ¶Sz ꝺ ꝫ arguo 4ᵐ. ¶Primo sic. Añcūqꝫ aliq̄ natura specifica saluaꝫ i aliq̄ gdu. ꝙcꝙd repugnat sibi ꝼm suam rōnez formalē repugnat sibi in illo gdu. ꝫ natura specifica ꝼm suā rōnez formalē est incōpossibilis ꝑuationi q opponit nature. g i oi gdu non poterit stare cū ꝑuatōe nature ¶2° Añ aliqua sūt eiusdē rōnis cuicūqꝫ vnū ē icōpossibile ꝼm suā rōnez formalē ⁊ alterꝝ. ꝫ isti gdus acq̄siti ⁊ acq̄sibiles sūt eiusdē rōnis formalis. g ꝑuatio q incōpossibilis ē gdui acq̄sibili. erit etiaz incōpossibilis gdui acq̄sito. ¶Añ aliq̄ sunt eiusdez spēi si aliqd repugt vni qꝺ nō alteri. ꝫ nō est p rōnem specificā eis cōez. ꝫ tu dicis ꝙ vnꝰ gdus scz acq̄sitꝰ ē cōpossibilis ꝑuatiōi alteriꝰ cui nō ē cōpossibilis gdus acq̄rēdus. g nō erit ex rōne formali. ꝫ aliūde. ¶4° Qꝺ cōpetit aliqb⁹ eiusdē rōnis ꝙ posterioza natura specifica nō ꝙuenit eis ꝙ naturā specificā. ꝫ ista repugnātia cōpetit eis ex posterioꝛib⁹ ipsa natura specifica. vtpote ex gdu intēso ⁊ remisso. itēsio aūt ⁊ remissio sūt posterioza ipa natura specifica. g ⁊c ¶Dico g tāqꝫ ꝙuictꝰ ꝙ istas rōnes ꝙ qñcunqꝫ habetur gdus alicuiꝰ formē itelligibilis nō ꝑt ibi haberi ꝑuatio alteriꝰ gdus ꝼm rōnez formalē. qz illa ꝑuatio eodē mō eēt incōpossibis ꝑori ꝫ respectu gdus ꝑcise: et ꝫ rōne beceitatis q ꝫ gdus distinguit ab alio gdu. ⁊ ē ꝑuatio qdam q̄titatis ꝓtutis q acquirit nō nature. ¶Per ꝫ respondeꝯ ad rōnez factā ꝑ alia opinione. ꝙ ꝑ uatiue opposita nū cꝫ sūt cōpossibilia. Añ ꝑuatio respiciēs naturā nūcꝫ stat cū natura i q̄cunqꝫ gdu q̄tūcūqꝫ minima ponaꝯ. nec etiā ꝓiua tio respiciēs gdū rōne illiꝰ qꝺ addit gdꝰ supza naturā ē illi cōpossibilis. tñ cū natura i illo gradu bene stat ꝑuatio ad aliū gradū. qz cū alio g du aliqd est q distinguit a ꝑmo qꝺ nō ꝑfuit cū ꝑmo. nō opponit g illa ꝑuatio forme. ¶Qꝺ confirmaꝯ duplicit. ¶Primo sic. Mobile habēs totā naturā specificā nō pōt mouerī ad eam. qz nihil pōt moueri ad illud qꝺ iā habeꝯ. qz ꝑsente habitu cessat motꝰ. ꝫ habēs vnū gdū forme augmētabilis habet totā naturaz specificā forme illiꝰ. qz tota diffiniꝰ forme illiꝰ vere saluaꝯ i natura q̄ ē in vno gdu. g nō pōt moueri ad illā ⁊ p ꝓñs ꝑuatio existēs cum vno gdu nō opponitur nature specifice. ¶2° Impossibile ē idem simul esse in actu ⁊ in potētia formali respectu eiusdē. ꝫ habēs vnū gdum forme ē in actu ꝼm totā naturā specificā. g nō ē in potētia ad illaz. eēt aūt in potētia si haberet ꝓiuationē illius. g ⁊c. Sed remanet diffi. de nocte. qz i nocte cōcedit cōiter tenebza ⁊ tñ aliqua lux est. ¶Dico ꝙ si tenebza sumaꝯ formaliꝯ ꝑ carētia lucis vt forme lucis. Sic dico ꝙ q̄tūcūqꝫ lux in nocte ponaꝯ minima nihil erit de tenebza. qz in q̄tacunqꝫ luce saluaꝯ natura lucis q ē incōpossibilis sue ꝑuationi. ¶Si aūt accipiaꝯ tenebza ꝓ ꝑuatione maiozs gdus lucis. pōt cōcedi ꝙ ibi ē tenebza. qz ꝑuatio maiozis gdus lucis: nō tñ rōne lucis. ꝫ rōne additi ad lucē q distinguūt illi gdus. ⁊ ꝫ ꝑmo respicit ꝑuatio. ¶Qztum ad 3ᵐ qꝺ fuit q̄sitū. vtz scz ingenitum ⁊ inascibile sint extrema ꝑuatiue opposita. ¶Patet q̄ꝺ dicendū ē. qz negatōes sūt in aliquo in q inuenit aliqua rō cui ex se nō repugnat oppositum.

Questio. IIII.

Vtrū ingenitū ⁊ inascibile sint extrema ꝺictiōis. ¶Hic ꝑmo videndum ē si ꝺictio est ꝑma oppositio inꝯ alios spēs oppositionis ¶2ª vtrū maioꝛ vel minoꝛ. ¶3° de q̄sito. ¶Qztum ad ꝑmum dicūt aliq ꝙ relatiua oppositio est ꝑma. ⁊ ꝫ ꝓbāt sic. Illud ē ꝓꝛ aliquo a q nō ꝙuertit subsistēdi ꝓña. ꝫ ois oppositio est relatio vel habitudo. Oppositio enim ex suo ꝙceptu ē ad aliud. nō tñ ecōuerso ꝙ ois relatio sit oppositio relatiōis. g oppositio relatiua est ꝑma. ¶Sed istud stare nō pot. ¶Primo. qz illa oppositio ē ꝑoꝛ cuiꝰ extrema sūt ꝓioza. ꝫ extrema ꝺictionis sūt ꝓioza oib⁹ extremis aliarū oppositionū. qz affirmatio ⁊ negatio: ens et nō ens: que sūt ꝓioza oibus alijs. g ⁊c. ¶2° sic Illa ē ꝓioꝛ oppositio q ꝑt ab alijs separi ⁊ nō

ecõuerso. ꝟ de⁹ subiectũ põt facere sine vtroq̃ tã relatiue oppositoꝝ q̃ ꝺrie oppositoꝝ. nõ aũt põt facere sine altero ꝺdictoꝝ. g̃ ꝺdictio est ꝓꝝ oppositto q̃ sit aliq̃ aliaꝝ. Maiꝝ ⁊ minꝝ sunt de se manifeste. ¶ Dico g̃ q oppositio ꝺdictoria ẽ simplr ꝑma. ¶ Nũc videndum ẽ de scõo Utrũ sit mima vel maxia. ¶ Dicũt aliqui q est minima. qz ẽ habitudo cuiꝰ extremũ nõ ẽ. Alie aũt habẽt extrema. ¶ Cõtra quãdo aliq̃d cõtinue diuidiť: magis oponũť imediate diuidentia q̃ ꝓtẽta sub altero diuidẽtiũ. ex ista seq̃tur q magis opontť diuisũ ⁊ suũ oppositũ q̃ diuidẽtia ⁊ diuisũ inter se. ꝟ ens ⁊ nõ ens imediate oponũť. g̃ plꝰ oponenť q̃ ꝓtẽta ꝟb ente. scz ꝺria vel relatiua. ¶ 2° Que se totis oponũť magis oponũť q̃ q̃ aliqbꝰ eoꝝ. sicut q̃ se totis differũt: magis differũt q̃ diuersa q̃ in aliq̃ ꝓueniunt. ꝟ ꝺdictoria se totis oponũť. non ꝺria nec relatiua. qz i aliquo cõueniũt. g̃ ⁊c. ¶ Dico g̃ q minima ẽ relatiua. ¶ 2° ꝺria. qz habẽt idẽ genꝰ ¶ 3° ꝑuatiua. qz hñt idẽ subiectũ. Contradictoria aũt ẽ maxia. qz nihil cõe habẽt. qõ ꝑbať q̃ ꝺruplicať. ¶ Primo. qz sola potẽtia diuina accipiť p cõparationẽ ad ꝺdictoria. qz põt aliq̃d educere de nõ ente ad ens. ideo ꝓcluditur infinita. ¶ 2° qz deꝰ põt facere subiectũ sine vtroq̃ extremoꝝ ꝓtrarietatis ⁊ relationis. nõ aũt ꝺdictionis. g̃ est maiꝝ. nã nunq̃ sunt simul vera nec simul falsa. alie aũt simul possunt adminus esse falsе. ¶ 3° qz illud soluꝝ dicit impossibile qõ implicat ꝓtradictionẽ. ¶ 4° qz termini oppositi ꝑmo ꝑncipio sunt in infinitũ distãtes ⁊ ꝓpositio ex eis formata est falsissima sicut sua opposita ẽ verissima. Cõtra q̃drupliciter. ¶ Primo qz cõtradictoria saluanť in minime distantibꝰ. ergo ex se non maxime distant. ¶ 2° qz p cõparationeꝝ ad diuersa possunt cõtradictoria simul esse. nõ autẽ ꝓtraria. ergo ⁊c. ¶ 3° quia sũt maxime imediata. g̃ minus distãtia. ¶ 4° qz includũť i omnibus alijs oppositionibꝰ q̃ se habẽt p additionem ad illaꝝ. ergo est minꝝ. ¶ Ad primũ dico q nõ saluať in alijs q̃ditatiue. sed solũ denominatiue. ⁊ ꝓpť hoc nõ seq̃tur ꝓpositũ. ¶ Ad 2ᵐ dico q simile Petro et non simile Martino non sunt ꝓtradictoria. ideo non valet. ¶ Ad 3ᵐ dico q est ad oppositũ. In oibus enī oppositis imediatis vnũ semp est ꝓiunctũ cum nõ eẽ alteriº. in meditatis autez non sic. ⁊ ideo maximã distantiã habẽt imediata ⁊ maximaz inimicitiã. ¶ Ad 4ᵐ dico sicut ad primum q ꝺdictio nõ icludiť q̃ditatiue in alijs ꝟ denoiatiue tm̃ sicut homo denoiatiue ẽ nõ asinus. nõ aũt q̃ditatiue. ⁊ ideo non valet. ¶ Qtum ad 3ᵐ. ſ. de q̃sito patet q̃d dicendum sit.

Distinctio. XXIX. Questio. I.

Vtrum trinitas rerum possit stare cum vnitate reali. q nō. qz oēs vitant quaternitatē. ¶ Contra. sunt ꝫttuoꝝ relatiōes. ⁊ tñ sunt vna res. Quia ꝫritur de ternitate ⁊ realitate que duo habēt reduci ad distinctionē rationē formaliū. ⁊ ad distinctionē realitatē. ¶ Idcirco ꝫ sunt duo faciēda. ¶ Primo declarandū est q̄d est formalitas vel ratio formalis. ⁊ q̄d realitas. ¶ 2° ō q̄sito. ¶ Qtū ad primū declaro sic p ordinē. ¶ Primo q̄d est formalitas. ¶ 2° q̄d realitas. ¶ 3° si formalitas est realitas. ¶ 4°. si inter formalitatē ⁊ realitatē est aliq̄ distinctio. ¶ 5° que est necessitas ponēdi formalitatē in deo. ¶ 6° que necessitas ponēdi in creatura. ¶ Qtum ad p̄mum dicūt aliqui q̄ formalitas est ratio diffinitiua vniuscuiusq̄. quia sic idem est q̄ ratio formalis. ¶ Sed cōtra istud ꝫ duplicit ¶ Primo. quia vltime differētie sunt formalitates. cum sint p̄ncipia formalis distinctionis. ⁊ tamen non sūt diffinibiles. ¶ 2°. quia passiones entis ponunt formalitates. ⁊ pties passiones simpliciter. q̄bus tamen repugt diffiniri. cuz sint simpliciter simplices. ¶ 3° q̄ ratio entis ponitur formalitas. ⁊ tñ non diffinit. cū non habeat notiora ¶ 4°. q̄ essentia diuina ponitur formalitas. ⁊ tamē non est diffinibilis. q̄ non habet p̄ora. Ideo dico addēdo ad priorez modū. q̄ formalitas nihil aliud ē nisi ratio q̄ditatiua cuiuscūq̄ quidditatē habētis. siue illa sit diffinibilis. siue nō. sicut ē in simplicit simplicibus ⁊ p̄mo diuersis. ¶ Qtum ad 2m vidēdum est q̄d sit realitas. Et dicunt aliqui. q̄ realitas est q̄cquid est extra aiam. q̄ ens diuidit ens reale ⁊ rōnis. sed ens rōnis est in aīa. ergo ens reale est extra aiam. ¶ Cōtra istud arguo ꝫ dupliciter. ¶ Primo sic. q̄ inter eadem p̄ncipia distinctiua semp est eadē distinctio. vbi ergo sūt distinctiones diuersaꝝ rationū. oportet esse extrema diuersarū rationū. cum habitudines varient solum a termino vel a fundamēto sed distinctio realis ⁊ formalis sunt diuersarū rationū. ⁊ ponunt extra aiaz. extrema autē distinctionis formalis sūt rōnes formales. extrema distinctionis realis sunt ipse res. ergo oportet q̄ ista extrema sint extra aiam. ⁊ q̄ necessario distinguant cuz habitudines sint diuerse. ¶ 2°. q̄ idē non p̄t esse q̄ditatiue res ⁊ nō res. sed tota q̄ditas huius creature in potētia obiectiua fuit non res. ḡ in existētia nō est q̄ditatiue res. eadem autē q̄ditas oīno est in potentia obiectiua ⁊ in existentia actuali. ¶ 3°. q̄ eiusdem rōnis formalis ponit homo in esse cognito ⁊ in re. q̄ vnifōrmiter diffinitur. ⁊ tamē hic non habet realitatē. ibi autē habet. ¶ 4° q̄ q̄ditas creature ⁊ relatio eius ad deuz sunt due q̄ditates. ⁊ tamē vnica realitas. vt alibi patz Ideo dico q̄ realitas est modus intrinsec⁹ formalitatis. sicut finitas vel infinitas entis. ⁊ sic̄ finitas vel infinitas aduenientes non variāt rationē formalē diffinitiuā alicui⁹ q̄ditatis. vt supra patuit. ita nec realitas. ¶ Qtum ad 3m videndū est vtrū formalitas sit realitas ¶ Hic dico q̄ ꝫtuoꝝ genera p̄positionū verificāt in creaturis. ¶ Prime sunt que verificant p solaz cōcomitātiā. sicut dicit q̄ generatio vnius est corruptio alterius. ⁊ tamen generatio ⁊ corruptio sunt p̄uatiue opposita. ¶ Alie aūt sūt denominatiue. que verificant p cōcretionem solaz. sicut homo dicit iustus qui in se habet formaliter iusticiā. ¶ Alie sūt q̄ditatiue. sicut homo est animal. q̄ ptinet ad primū moduz dicēdi p se. ¶ Alie vero sūt idēptice. sicut quādo vtrūq̄ extremoꝝ vel alterū est trāscendēs. loquendo de illis transcendentib⁹ que quertunt cū ente. Sicut enī in diuinis p̄pter infinitatez alterius extremi vel vtriusq̄ cōcedit p̄dicatio i abstracto. ita in creaturis p̄pter cōmunitatē. Unde dicit q̄ vnitas est quedaz entitas. ⁊ entitas dicit de vltimis differentijs. Iz ipa q̄ditatiue in eis non includat. ⁊ isto modo dico q̄ realitas est formalitas. q̄ realitas est trāscendēs. ¶ Dicitur autē formalitas denominatiue. q̄ res est cōcretum realitatis. non tamen q̄ditatiue. q̄ omnis formalis ratio abstrahit i creaturis a realitate ⁊ etiam ab existētia. q̄ est modus intrinsecus adequatus realitati. q̄ditas enī que nō existit diffiniri p̄t. ¶ Qtum ad 4m. vtz sit aliqua distinctio iter ista. Dicūt multi q̄ nulla penitus distinctio est iter formalitatē ⁊ realitatez q̄ formalitas vniuscuiusq̄ extra aiam non est nisi realitas eius. Sed cōtra istud arguo q̄dupliciter. ¶ Primo sic. Nā isti cōcedunt multas ratiōes formales. vbi tamē negant multas realitates. quecūq̄ autē sunt totaliter idē. si vnū multiplicatur ⁊ reliquū. ¶ 2° isti p̄cedunt q̄ distinctio realis est aliud a distinctione formali. distinctiones autē formales variant p̄m extrema. sicut patet in p̄dictis in specifica generis ⁊ aliorū. ⁊ inter extrema eiusdē rōnis nō consurgit nisi relatio eiusdez rōnis. ¶ 3°. quia termini p̄positionis cōtingētis non possunt idē eē omnibus modis. cuz idem de seipo negari nō possit. sed ista est cōtingens. homo est in re extra. aut ista. homo est res. ¶ Cōfirmatur. q̄ nihil ē q̄ sibi ipi accidat. ¶ 4°. q̄ quādo aliqua ratio formalis conuenit aliquib⁹ duob⁹. illud q̄ ei repugnat de vno. non potest esse ō q̄ditate illius cōmunis. sed ratio formalis entis cōuenit enti in potētia ⁊ in actu. sibi tñ repugt realitas

in potentia obiectiua. realitas inquã ꝓpria. et ita non poterit includi in rõne entis in rez natura. ⁊ sic erit posterior ipo. ¶ Jõo dico q realitas distinguitur a formalitate. non ꝺdem realiter. quia formalitas ex se non est res. nec formaliter. quia realitas non est formalitas. sed sicut modus intrinsecus a quidditatiua rõne. circũscripto omni operatione intellectus. ¶ Qtũ ad 5m videndu est quare formalitates in diuinis ponunt. Et quo ad hoc dicũt aliqui q formalitates in diuinis non sũt ponende. quia in sũme necessario. plura sine necessitate non sunt ponẽda. Dato autẽ q pluralitas istarũ formalitatũ saluari posset. tamen necessitas nõ apparet. ¶ Jdeo ad ostẽdendã necessitatẽ istius positiones ⁊ ꝓuenientiã. adducunt ꝗttuor cause. ꝓpter quas euidẽs necessitas apparet ponẽdi pluralitatẽ formalitatũ siue rationũ formaliũ. quod ꝓ eodẽ habeo. ¶ Prima est ad saluãdas regulas cõtradictionũ. Nam in diuinis illis q̃ sunt realiter indistincta. applicant extrema cõtradictionis: que non possunt eidez in esse fm idem. ⁊ tõo oportet ibi ponere vlteriorẽ distinctionẽ. ¶ 2a necessitas est ad saluãdã vnifformitatem ꝓfectionũ. ꝓfectiones eni simplicit sicut docet Anſ. in monolo. ex creaturis deo attribuũtur. omni impfectiõe recisa. ⁊ ideo cum in earum diffinitionib9 nulla includat impfectio remanẽt ibi cedẽ diffinitiões quas consequit ꝓ se formalis distinctio. ¶ 3a necessitas ẽ ad saluandam multiformitatẽ scientiarũ. quia in aliqua sciẽtia que est vna p itegritatem. ꝗt sũt ibi conclusiones demõstrate. tot sũt ibi veritates distincte. cum vna cõclusio scientifica habeat de vno. ⁊ alia de alio. alietas autẽ cõclusionuz necessario arguit alietatẽ alicuius termini. idẽ eni non potest esse scitũ ⁊ nõ scituꝫ simul. ¶ 4a necessitas est ad saluandã varietatẽ cõceptuũ. quia aliqua sũt de deo cognoscibilia ꝓ naturã ⁊ aliqua nõ. ⁊ aliqua ꝓ se nota. ⁊ aliqua demõstrabilia. ergo aliqua distinctio. ¶ Jste autẽ necessitates cõfirmãt ꝓ Dyonisiũ de diuinis nominib9. capo de eodem ⁊ diuerso. vbi dicit q intelligim9 in diuinis verã alteritatẽ nõ fm variationẽ. sed fm multiplicẽ formationẽ vnitiuam. talis autẽ est distinctio formalis cũ vnitate idẽptica. ¶ Qtum ad 6m videndu est. quomodo ponit in creaturis. Et q̃tum ad hoc est intelligendũ. q formalitates inueniunt in creaturis ꝺdrupliciter. ¶ Primo in trãscẽdentib9 sicut sũt entis passiones que realiter distingui nõ possunt. cum in ꝙlibet re q̃tũcunq realiter indistincta omni cõcurrãt. ¶ 2o in lineis ꝑdicamentalib9. quia extra gen9 substãtie omes species aliorũ ꝑdicamẽtoꝝ sũt simplices forme et realiter indistincte. ⁊ tamẽ ibi ꝑbat distinctio formalis inter genus ⁊ differentiã. cum nullus eoꝝ dicat totam ꝺditatem specificã. ¶ 3o in intraneis habitudinib9 Respectus eni creature ad deũ sũt ita intimi creature. q̃ ꝛz differãt formaliter a suis fundamẽtis. eo q̃ cadũt sub diferẽtijs oppositis entis scz sub absoluto ⁊ relatiuo. non tamẽ differũt realiter. cum ꝑus a posteriori ibi absoluti siue separi nõ possit. ¶ 4o in diuinis imitatiõib9. qz sicut docet Aug9 vestigiũ in creaturis inuenit in qualibet re q̃tũcunq distincta. ⁊ sic sine reali distinctiõe sunt illa i quibus inuenit ratio vestigij. Et eodẽ modo apparet de illis potẽtijs in ꝺbus est imago diuina. que sũt vna res ⁊ vna essentia fm Augi. Jstis ꝑmissis videndũ est de scõo ꝑncipali. scz vtrũ cum vnitate reali possit inueniri ternitas rerũ. Et q̃tum ad hoc introducunt ꝗttuor cõclusiones. ¶ Prima q in vnaquaq̃ ꝑsona diuina ẽ inuenire vnã realitatẽ. ꝑ quã omnia que sũt i vna ꝑsona sunt vna res. hoc ꝑbatur sic. quecunq̃ sũt vna res. sũt vnum ꝑ vnã realitatẽ. sed quecunq̃ sũt in vna ꝑsona sũt vna res. ergo q vnã realitatem. ¶ 2a cõclusio est q i qualibet ꝑsona non est inuenire nisi vnã realitatem. hoc ꝑbatur sic. vbicũq̃ est inuenire rem ⁊ rem. ibi est inuenire distinctionẽ realez. sed talis distinctio non ẽ in aliqua vna ꝑsona. ergo ꝛẽ. ¶ 3a cõclusio ẽ. q in tribus ꝑsonis est inuenire tres realitates ꝑ quas ad inuicem distinguũtur realiter. hoc ꝑbatur sic. quecũq̃ realiter distinguũt. ergo in res ⁊ res. sed tres ꝑsone distinguũtur. ergo in eis sunt tres realitates. ¶ 4a cõclusio est q i diuinis nõ est inuenire nisi tm tres realitates. hoc ꝑbatur sic. qz si ꝗttuor eẽnt cũ nõ sint nisi tres ꝑsone. oportet q essent due in vna ꝑsona qõ est falsũ. ¶ Sed ꝓtra ista instatur ꝺdrupliciter ¶ Primo ꝓtra ꝑmam ꝓclusionẽ. Nam ista res que ẽ in ꝑsona. aut est res cõmunicabilis. aut cõmunicabilis. si cõmunicabilis. ergo ꝑ eãm distinguit ꝑsona ab alta. qz omne cõicabile est cõmune. cõe autẽ nõ est ratio distinctiõis. si incõmunicabile. ꝛ ꝑ eã cõicabilia non erunt res. ¶ Cõtra 2am ꝓclusionẽ arguo sic. Vbicũq̃ est inuenire realitatẽ absolutã ⁊ realitatẽ relatiuaz. ibi ẽ inuenire duas realitates. ꝛ i vna ꝑsona ẽ inuenire realitatẽ absolutã ⁊ relatiuã. ꝛ ẽ. ¶ Contra 3am arguo. qz cũ eandẽ realitatẽ habeãt paternitas ⁊ eẽntia in ꝑre. ⁊ ꝑ te ꝑ istã realitatem ternitas ⁊ eẽntia in ꝑre. videtur paternitas distinguit realit a filiatõe. videtur q eodẽ mõ eẽntia ꝑ istã eandẽ realitatẽ quam ꝛz distingueret sil'iter ¶ 4o cõ 4am. Persone diuine sũt idẽ realit ⁊ distincte realit. ꝛ ꝺ optet q ꝛ sit ꝑ aliã ⁊ aliã rem. ꝛ ꝗttuor res. ¶ Ad ꝑmuz dico q aliqñ aliq̃s termin9 supponit ꝑ se. aliqñ

suponit p alio. Exemplū ꝑmi. albū diſgregat
Exēplū ſcđi. albū currit. tunc ſuponit p ſubie
cto Sic dico in ꝓpoſito. q res vel realitas pōt
ſuponere p ſe. vel p alio. Dico ergo q accipi
endo realitatē ꝑciſe que eſt in ꝑſona patris vt
ſuponit p ſe eſt incōmunicabilis. ⁊ tñ hoc non
obſtāte poſſunt demōſtrari ab ea et dici realia
q̄ ſūt cōmunicabilia. Exemplū. ꝑſona patris ē
incōmunicabilis. ⁊ tamē oia que ſunt in patre
tā cōmunicabilia q̄ incōmunicabilia dicūtur
quodāmodo ꝑſonalia denoiatiue p attributi-
onē ad illā vnicā ꝑſonalitatē. Sic dico i ꝓpoſi
to. q ſcz eēntia ⁊ relatio i ꝑſona patris habent
vnicā realitatē qua dicūt denoiatiue res que
ē incōmunicabilis. nō obſtāte q denoiata a ta
li realitate altā ſaltē ſint cōmunicabilia Sz tūc
venit ad ſcđz dubiū qđ tāgit ſcđz argumētuz.
quō eadē realitas pōt eē ad ſe ⁊ ad aliud. Cer-
tū eni ē q realitas eēntie eſt ad ſe. ⁊ relatio rea
lis ē ad aliud. oꝑtet igit q aliqua diſtinctio
ſit. ¶ Dico q realitas ſm ſe abſtrahit ab abſo-
luto ⁊ relatiuo. Uñ ſicut ens de ſe nec ē abſolu
tū nec relatiuū ſic nec iſta realitas q̄ddītatiue
eſt abſoluta vel relatiua. ſed tñ denoiatione ex
trinſeca poteſt eē dici ⁊ ē vtrūq; qz denomina-
tur abſoluta a rōne eſſentie. ⁊ relatiue a ratiōe
relatiōis. ſicut eadē natura denoiatiue đr vni-
uerſalis ⁊ ꝑticularis. Uñ ad argumētuz dico.
q impoſſibile ē q aliq̄d ſit q̄ddītatiue abſolu-
tū ⁊ relatiuū. ſ denominatiue nō ē incōueniēs
¶ Si dicaꝭ q quomodocūq; vadat negociū. ex
tremo ꝓtradictiōis. ſ. abſolutū ⁊ nō abſolutuz
dicūt de iſta realitate. ¶ Dico q extrema ꝓtra
dictōis neceſſario ꝓcludūt ñ idēptitatē aliquā
in ꝓximis fundamētis ⁊ imediatis de q̄b⁹ dicū
tur. non tamē mediatis. ſicut multa exēpla ma
nifeſtant. Iſta g̃ ꝓtradictoria bene concedunt
diſtinctionē inter rōnes formales eēntie ⁊ rela
tionis. q̄bus ꝑmo ꝓueniūt. non ē aūt neceſſe q
ꝓcedāt diſtinctionē realitatis q̄ nō ē imediatū
fundamētuz. ¶ Ad 3m dico. q ad hoc q aliqua
diſtinguaꝭ non ſufficit q ibi ſit realitas ⁊ rea
litas. ſ q vnum careat realitate quā aliud ha-
bet. ſicut patet de ꝑſona que habet vnam rea-
litatē qua caret alia. ideo diſtinguiꝭ ab alia re
aliter. eſſentia autez lz habeat in ſe tres realita
tes. tamē habēdo vnā non caret ſimpliciꝭ alia
⁊ hinc eſt q ipa non diſtinguiꝭ realiter ab alia
¶ Ad 4m poteſt dici q ꝑſone diuine ſunt vnuz
eſſentialiter p eſſentiā. ⁊ diſtinguūtur p ꝓpri
pia diſtinctiua. ⁊ ſic p aliud ꝓueniūt ⁊ p aliud
differūt. ¶ Dico tamē aliter q realitas ſi ſuppo
nat p eēntia. tūc dico q ſunt vnuz realiter. lz ē
ſunt vnū qđ eſt res denominatiue. tamē q̄ddi
tatiue non poſſet verificari. qz ꝑſone non ſunt
aliquid vnum qđ ſit quidditatiue res. Si autē
accipiatur res vel realitas vt ſuponit p ſe. ſic
dico q ꝑſone diuine diſtinguūt p res. qz i eis
ſunt tres entitates reales que ſunt fundamen-
ta ⁊ termini diſtinctiōis realis ¶ Sed adhuc ꝫ
ſūt alique diffi. ¶ Prima qz ens ⁊ res ꝙuertun-
tur. ſi ergo ponāt in diuinis tres realitates. vi
detur q ibi ſint ponēde tres entitates. ¶ Dico
q nō ē magnū incōueniēs ꝙcedere. q ſicut ibi
ponūt tres realitates relatiue. q ibi ſint ⁊ tres
entitates ponende. Uel poteſt dici q lz ens et
res cōuertantur. q vbicunq; ſit ens ſit ibi res
⁊ ecōuerſo. non tamē ſic ꝙuertunt q multipli-
cata re vel realitate multiplicet neceſſario ens
vel entitas. ¶ 2a difficultas eſt de exiſtētia ⁊ re-
alitate. qz dictum eſt ſepe hoc anno q ſunt mo
di adequati. ⁊ tamē non ponit niſi vna exiſten
tia i diuinis. ¶ Dico ſicut ꝓximus q bene ē adeq̄-
tio talis. ſ. q omnis res ē exiſtens. ſed nō talis
q ad multiplicationez vni⁹ ſeq̄t multiplicatio
alteri⁹ ¶ 3a difficultas. qz ſi realitas dicit pfecti
onē ſimpliciter. videtur q ipa ſit cōmunis tri-
bus. ¶ Dico q realitas nō ē p ſe pfectio ſimpli
citer. niſi p quanto ſuponit p aliqua rōne for
mali que eſt pfectio ſimpliciter ¶ 4a diffi. vtrū
eſſentia diuina habeat aliquā vnā realitatē ex
tra ꝑſonas. ¶ Dico q nō. qz tūc neceſſario eēnt
quattuor realitates. ¶ Dico igitur q tam eſſen
tia q̄ attributa q̄ etiā alia diuina nullā realita
tem habēt niſi in ꝑſonis. ita q eſſentialia vnaz
realitatē habēt in vna ꝑſona. ⁊ aliam in alia. et
tertiā i tertia. ſic̄ humanitas habet tres exiſtē-
tias in tribus indiuiduis. nec tamē aliquaz ha
bet a ſe ſi ꝑſcindaꝭ ab illis indiuiduis. ¶ Sz ꝑt
ne dici res vt ſic ꝑſcindit. ¶ Dico q accipiēdo
rem q̄ddītatiue non ē res. ſed denomiatiue ac-
cipiendo rem ⁊ in quadā attributiōe ſic poteſt
dici res ⁊ iſto modo dicit q eſt vna ſūma res.
Sed adhuc ſūt duo dubia vel tria. ¶ Primuz
q cum res accipiatur duplicit ſm mentē doc.
vel p omni eo qđ eſt extra aiam. ⁊ ſic videt cō
cedere q ſint tot res quot ſūt rōnes formales.
Dico q hoc pōt fieri de quocūq; vocabulo q
multa ſignificabit. tamē dico q ꝓprie accipien
do rem. non dicit de omni eo qđ ē extra aiam.
ſ ꝓ eo ꝑciſe quo aliqua dicunt vna res ⁊ di
ſtinguūt realiter. eo g̃ modo q̄ negaꝭ eē diſtinc-
tio realis infra eandē ꝑſonaz. optet dicere q
rō formalis multiplicet ⁊ non realitas. ¶ Alij
tñ volūt ſaluare p aliū ⁊ aliū moduz ꝓdicandi
q̄ddītatiuū. ſ q ſit vna formalitas tm. Sz illō
non aparet mihi intelligibile. qz extrema ꝙdi-
ctionis ponunt ſm rōnes q̄ddītatiuas q̄b⁹ ne-
gatis totuz aliud negaꝭ. ¶ 2m dubiū qz beatus
Hylari⁹ dicit q aliud ē ſpūſanct⁹. ⁊ aliud res

ſpūſſancti. q̄d ḡ intelligit. Dico q̄ ſpūſſanctus q̄dditatiue ꝯſtituit ex q̄dditate eēntie ⁊ ſpirationis paſſiue. vult ḡ dicē q̄ ille ratiões formales abſtrahūt a realitate. et ita illa auctoritas mḷta ꝯſiderat p̄dicta. ¶ 3ᵐ dubium quō ſm̄ decretalē i diuinis ē vna ſūma res ¶ Dico q̄ put ſupponit p eēntia ē vna res vt aūt p ꝑſonis est tres res. vñ iſta vna res nec generat nec generat. vt ſcz ſupponit p diuina eēntia ¶ Ad arᵐ ptz

Diſtinctio. XXXIIII. ⁊. XXXV. Queſtio. I.

Circa diſtinctionē. xxxiiij. ⁊. xxxv. Poſtq̄ actuz est de iſtis ꝑprietatib⁹ relatiuis. Nunc q̄rendū est de ꝑprietatib⁹ abſolutis. ſ. de intellectu volūtate potēcia ⁊ talib⁹. ¶ Et p̄mo in generali quero. Utrū talia dicant pfectionē ſimpliciter. de oib⁹ in generali. ¶ Circa autē iſtam q̄ſtionē ad euidentiā multoꝝ que dicunt de pfectionib⁹ ſimplicit. intendo duodecim p ordinem declarare. ¶ Primo q̄d est pfectio ſimpliciter. ¶ 2° q̄ ſūt ꝑprietates pfectionū ſimplicit. ¶ 3° q̄bus vīs poſſunt pfectiones ſimpliciter inuestigari ¶ 4° quot ſūt ḡdus pfectionis ſimpliciter. ¶ 5° q̄ ſunt ordines pfectionis ſimpliciter ¶ 6° ſi ois pfectio ſimpliciter habeat cōceptum ſimplicit ſimplicē i ſe. ¶ 7° ſi pfectiones ſimplr ſint p̄mo diūſe. ¶ 8° ſi oē q̄d est in deo dicat pfectionē ſimplr. ¶ 9°. ſi oia q̄ ſūt i creatur] dicūt pfectionē ſimplr. ¶ 10°. ſi formalit in deo ſūt pfectiões simplicit. ¶ 11°. ſi pfectiões simplicit ſūt in creaturiſz ¶ 12°. ſi pfectiões simplicit ſm̄ eā dem rōnez formalē ſūt in deo ⁊ in creaturis. ꝟ est. vtz q̄libet pfectio simplicit vniuoce dicat de deo ⁊ creatura. Ad primū. ſ. quid est pfectio simpliciter. ſūt quattuor modi dicēdi. ¶ Unus ē q̄ pfectio simplicit ē illa q̄ nullaz impfectionem q̄dditatiue icludit. ſicut ſapiētia ⁊ huiuſmodi. omne enī tale reḡritur in pfectiſſimo ente. ¶ Cōtra. Nulla pfectio ſeu entitas poſitiua includit i ſua rōne formali aliquā negationē. cuz p̄uatio non ſit ō q̄dditate poſitiui. et tñ nō oīe poſitiuū est pfectio ſimplicit. ḡ ⁊c. ¶ 2°. Nulla relatio vt inſeri⁹ patebit dic pfectionem ſimplicit. ⁊ tñ nullā impfectionē q̄dditatiue includit. q̄ ſi hoc eſſet. cū relatio formalit ponat in deo. poneret impfectio i eo. ¶ Alij dicunt. q̄ illa ē pfectio ſimplicit q̄ nō habet neceſſario impfectionē ſibi annexā. ſicut ſunt ſciētia ⁊ ſapia. tñ albedo neceſſario hz aliquaz impfectionē ſibi annexā. ⁊ ido nō. ē pfectio ſimplicit ¶ Sz ꝟ ꝟ ē. q̄d dictū ē ꝟ aliā opinionē. ¶ Nā relationes originis nō hñt aliā impfectionez ſibi annexā. q̄ tūc i deo eēt illa pfectio. et tñ vt patebit nō ſūt pfectiones ſimplicit. ¶ Alij dicunt q̄ illa ē pfectio ſimplr q̄ nō cōpatit ſecū aliquā impfectionē. ¶ Sed ꝟ. Tūc eni ſeq̄ret q̄ ſapia bonitas ⁊c. nō diceret pfectionē ſimplicit i creaturis. q̄ ꝟ nō hñt. nā inheret. ¶ Alij dicunt q̄ pfectio ſimplr ē. q̄d p̄t esse ſine oi impfectione. ¶ Sz nec iſtō ſufficit. Nā ſuppoſitū in q̄ſtuz ſuppoſitū p̄t eē ſine oi impfectiõe. q̄ ē in deo. ⁊ tñ nō dicit pfectionē ſimpliciter. Ido dico q̄ ſm̄ doctrinā Anſ. in monolo. q̄ pfectio ſimplicit est. que ē i quolibet meli⁹ ipa q̄ non ipa. Sed q̄ illa diffinitio nō bñ q̄etat itellectum. idcirco ſūt q̄ttuor modi exponēdi eaz. Aliq̄ tñ dicūt q̄ pfectio simplr ē melior ſua negatiõe. Iſtud nō valet. q̄ quecūq̄ entitas poſitiua ō mūdo. est melior ſua negatiõe. ⁊ tñ non ois entitas poſitiua ē pfectio ſimplicit. ¶ Alij dicūt q̄ perfectio ſimplr ē talis. q̄ habēs ipaz. ē meli⁹ nō habēte. ¶ Cōtra. Nā ſimplicitas ē pfectio ſimplr. et tñ nō omne ſimplex ē meli⁹ nō habēte ſimplicitatem. ſicut patz de materia ⁊ forma reſpectu cōpoſiti. ¶ Alij dicūt q̄ pfectio ſimplr ē illa q̄ est melior oi eo q̄ non dicit pfectionē ſimpliciter. ¶ Cōtra. Omne ſubiectū ē meli⁹ ſua paſſiõe. et tñ ꝟtingit aliq̄ñ ſubiectū nō esse pfectionē ſimpliciter. ⁊ paſſionē ſic. ſicut patz de albedine et ei⁹ vnitate Alij dicunt q̄ pfectio ſimplicit est illa. q̄ ē melior oi alio a ſe. Sed iſtud nimis attribuit pfectioni ſimplr. q̄ ſequeret q̄ nō eēt niſi vna. ſ. deitas. q̄ ꝟ ſolū ſibi ꝟuenit. Ido dico ſm̄ mentē doc. nr̄i q̄ pfectio ſimplr ē illa. q̄ est melior quocūq̄ ſibi incōpoſſibili. ¶ Hāc autez gloſam demōſtratiue ꝯcludo ex duab⁹ regulis euidētib⁹ ⁊ p ſe notis acceptis. ¶ Prima ē iſta q̄ ois pfectio q̄ est i deo formaliter. ē melior oi pfectione que est in deo formaliter. iſta patet. alioq̄n de⁹ poſſet itelligi melior. ſi in ſe haberet q̄d ſibi deficit q̄d melius ē ¶ 2ª regula ē. q̄d oēs pfectiones ſimplicit q̄tū ē de ſe ſunt cōpoſſibiles. ꝟ ptz ex cōceſſis ab oib⁹. naz deo nulla pfectio deficit. ḡ de⁹ oēs hz. ꝟ aūt nō eēt ſi eēnt incōpoſſibiles. ¶ Ex iſtis dictis arguit ſic. Omne illud q̄d deo repugnat est incōpoſſibile pfecti oni ſimplicit. iſta ptz ex ſcda regla. ſ oē q̄d ē pfectio ſimplr. ē meli⁹ quocūq̄ q̄d deo repugt. ptz ex p̄ma regla. ois ḡ pfectio ſimplr est meli⁹ ſuo incōpoſſibili. Poteſt alio mō deduci ſic. Ois pfectio q̄ ē i deo ē melior ſuo incōpoſſibili. ꝟ omis pfectio ſimpliciter ē in deo. q̄ ſūt cōpoſſibiles. ergo ois pfectio ſimplicit est melior quocūq̄ ſibi incōpoſſibili. Sz ꝟtra iſtā deſcriptionem pfectionis ſimplicit inſtat q̄druplicit. ¶ Primo ſic. Nā ratio entis nō ē melior q̄cunq̄ ſibi incōpoſſibili. q̄ nullū habet incōpoſſibile. et tñ ratio entis ponit cōiter pfectio ſimpliciter. ergo deſcriptio non est bona. ¶ 2°.

Relatio est melior quocūq; sibi incōpossibili. qr ē cōpossibilis oi positiuo r oi pfectiōi simpliciter. r tñ ipa nō habet nisi ꝑuatiuū sui ꝑ incō possibili. Cōstat aūt q eoipō ē melior. sic affirmatio melior negatiōe. ¶3° sic. sapia est pfectio simplr. r tñ sibi nō competit diffinitio supaddicta. ¶Cōstat enī q sapia ē incōpossibilis sbe solis. sba aūt solis melior ē sicut r sba q̄libet omī accidēte. r ꝙñs melior ē ipa sba solis ipa sapientia. g̃ r̄c. ¶4°. Nā seq̄t q sba angeli sit perfectio simplr. Ipa enī ē melior quocūq; sibi incō possibili. qr illud aut est creatū. r ꝙstat q ipa ē melior omni alio ab eo creato. vel increatū: isti aūt non ē incōpossibilis. qr pōt assumi. ¶Ad ꝓmum dico q ratio pfectōis simpliciter cōpetit enti. lz enī nullus positiuū repugnet enti. tamē ens ꝓhibitū est sibi incompossibile. r iō ꝙstat q melior ē ratio entis. est enī ens melius ente ꝓhibito vt apparet. ¶Ad 2m dico q meliorītas dicit excessum fm q̄titatem vtutis. r dicit ineq̄litatē q̄ etiam req̄rit quātitatē. relatio autē non est q̄ta q̄titate vtutis. r ideo ipa non pōt esse melior nec peior quocūq; alio. ¶Ad 3m dico q lz aliqua excedant alia fm aliquas pfectiones qs habēt. tñ pōt eē ecōnerso excessus fm multas alias lz non fm eandē. ideo recōpensatu r. ¶Ad 4m dico q sba angelica non est melior q̄cunq; sibi incōpossibili formaliter. qr diuinitati ista mō ē incōpossibilis. r tñ diuinitate nō ē melior. lz forte sibi sit incōpossibilis suppositaliter. r sicut oē absolutū aliud a deo. s hoc nihil ad ꝓpositū. ¶Gz adhuc remanēt q̄ttuor diffi. ¶Prima si vna pfectio ē melior alia qñ sūt eiusdem rōnis. sic sapia creata et increata. ¶Dico q nō fm rōnez formalē. qr vbi ē eadē rō formalis. ibi fm illā rōnez non pōt eē excessus. qr excessus vt sic ē iter distincta. quecūq; autem sūt eiusdē rōnis formalis fm illā rōnez formalem sūt penit9 indistincta. r ꝙ ñs int ea vt sic nō ē excessus. ¶Cōfirmat. qr finitas et infinitas rōnem formalē non variāt cū sint modi extrinseci. ¶2°. qr equalitas ē rō fūdata sup plura. r tñ illa rō formalis vt sic i eis ē indistincta. ¶2a diffi. si vna ē melior altera fm aliq̄d sui. loquēdo de istis q̄ sūt eiusdez rōnis. ¶Dico q sic. s. fm modū intrinsecuz. nā vna ē finita r alia infinita. r ꝙ ñs vna ē melior altera. lz nō fm rōnem formalē. ¶3a diffi. ē si vna ē melior altera q̄ sūt alteri9 rōnis. sicut itellect9 r voluntas. ¶Dico q nō fm eoz rationes formales. Et hoc ꝓbo sic. Quādocūq; aliqua sūt eiusdē rōnis formalis. quicūq̄d cōpetit vni eorū fm rōnem formalez r alteri. sed volūtas in deo r in creatura sūt eiusdem rōnis formalis. r intellectus ꝫ r ibi similiter. ergo si volūtas fm suā rōnem formalez eēt melior intellectu. seq̄retur q in deo ita eēt. qd̄ est falsum. ¶4a diffi. si vna fm aliquid sui excedit aliā. ¶Dico q nō i deo. qr vtrūq; ē infinitū. tamē vnū eorū vt infinitū pōt dici excedere aliud vt finitū. sicut volūtas infinita intellectum finitū. ¶Hic tamē remanet vnū dubiū satis arduū. s. vtrum oīs pfectio simpliciter sit melior quacūq; pfectiōe fm quid. ¶Ad vtrāq; autem partem istius dubij sunt rōnes fortes. pono tamē duas. ¶Primo ꝓbo ptē affirmatiuaz sic. Quādocunq; sunt duo opposita ex quoz p mixtione r impmixtiōe causat magis r min9. illud qd̄ est vni opposito impmixti9 ē pfectius sed ꝑfectio simpliciter nō icludit necessario aliquā impfectionē. pfectio autez fm q̄d sic. ergo r̄c. ¶2° Quādocūq; aliq̄d cōmune cōpetit aliq̄bus duob9. vni simplicit fm q̄d. pfectius cōuenit ei cui ꝙuenit simpliciter q̄ ei cui cōuenit fm q̄d. sed pfectio ꝙuenit pfectiōi simpliciter. pfectioni autez fm q̄d cōpetit fm q̄d. ergo r̄c. ¶Ad ptē negatiuā arguo dupliciter. ¶Primo sic. In essentialiater ordinatis eiusdez generis posteri9 est pfectius. s ordo eēntialis inuenitur vbi prioza dicūt pfectionez simplicit. sicut sba dicit pfectionē simplicit. non autez accns qd̄ ē posterius. similit spūs dicit pfectionē simpliciter. non aūt angelus q ē posterior. g̃ non oīs pfectio simpliciter ē pfectior pfectiōe fm q̄d. cū illa posteriora sint pfectiora. r tamē pfectiones fm q̄d. ¶2° ad eandē ptez arguit sic. Quecūq; sūt de ꝑdicamēto sbe. excedunt illa q̄ sunt aliorū generꝫ. nam int ꝑdicamēta est essentialis ordo. r ꝑdicamentū sbe ē pfectius oibus accidētibus aliorꝫ generꝫ. sed aliqua de genere sbe nō sūt pfectiones simpliciter. aliqua de alijs generibus sūt pfectiones simpliciter. sicut sunt sapientia r iusticia. r huiusmodi. ergo pfectiones simplicit non sūt pfectiores alijs. ¶Dico ergo q̄tum ad hoc q vtraq; argumēta habēt intentum. Ad quorū euidentiaz dico q pfectiones simpliciter ex suis rōnibus formalibus nō excedunt illud qd̄ nō dicit pfectionē simplicit. sicut ꝓbāt vltima argumēta. abstrahit enī ratio formalis pfectiōis ab illo excessu siue defectu. fm autem modos itrinsecos ꝙñtes ꝓuenit. q alique sint pfectiones simpliciter alias excedētes. aliquē nō. Est enī aliqua pfectio simplicit que simpliciter est cuz infinitate sicut deitas. et illa omnē aliam pfectionē fm quid excedit. eo q pfectiones fm quid sunt semp cum finitate. infinitū autem in pfectione excedit finitū. sunt autē alie pfectiones simplicit que ex rōne earꝫ formali non determināt sibi nec hunc modum nec illum. sed cōpatiūtur se cum quolibet istorum modorū. r iō stant cū q̄tūcūq; perfecto.

vel q̄tūcunq; modico pfecto. ⁊ ex hoc ꝓuenit q; alique pfectiones simpliciter interdū alias excedunt. sicut quādo sunt cū infinitate ītrdū alias nō excedunt. quādo aliū moduꝫ intrinse cum habēt vt patet. ¶ Sed adhuc remanet dif ficultas. quomodo saluabiť q; pfectio simplici ter sit melioꝛ quocūq; sibi incōpossibili. ¶ Pro pter hoc addit doctoꝛ ad expositionē illiꝰ diffi nitionē pfectionis simpliciter supꝛadicte. q; il lud qđ est melius quocūq; sibi incōpossibili in quocūq; suppositō. nō cōsiderata tamē hac na tura vel illa. illud est pfectio simpliciter. ¶ Hoc autē potest sic declarari q; pfectio simpliciť est melioꝛ quocunq; sibi incōpossibili. non ex rati one formali. sed qꝛ nata est habere modū infini tatis. ⁊ ille modus repugnat ei quod non est p fectio simpliciter. qꝛ nullū tale potest eē forma liter infinitū. ⁊ ideo pfectio simpliciter melioꝛ est tali. ¶ Q;tum ad 2m est videndum que sunt ꝓꝛietates pfectionis simpliciter ¶ Dico q; q̄t tuoꝛ sunt ꝓꝛietates pfectiōis simpliciť. ¶ Pꝛi ma q; omnis pfectio est cōmunicabilis. ¶ 2a q; alteri cōpossibilis. ita scz q; est oī alteri perfe ctioni cōpossibilis. ¶ 3a q; habent integritatem ¶ 4a q; habent idēptitatē. ¶ Pꝛima q; sit cōmu nicabilis ꝓbatur sic. Omne illud cui non repu gnat infinitas est ad minus ī tribus suppositis ⁊ p ꝓsequens eis cōmunicabile. ex hoc enī na tura diuina diciť cōmunicabilis tribꝰ suppositis. quia est simpliciť infinita ⁊ illimitata. Om nis pfectio simpliciter est nata eē infinita. ergo ⁊c. ¶ 2a scz q; sint cōpossibiles ꝓbatur sic. ꝑmo ex cōmuni dicto q; mala sunt incōpossibilia. siē patet de extremis vitiꝭ in quoꝝ medio consi stit virtus. virtutes autem dicūť compossibiles ¶ Pꝛobo autē rōne sic. Impossibile est suppositum esse pfectissimū nisi habeat in se omnē pfectionem simpliciter. sed si vna esset alteri incō possibilis. impossibile est vnuꝫ suppositū omēs habere. ⁊ p ꝓsequens nullū vnū suppositū esset pfectissimū. qđ est falsum ꝓpter diuina suppo sita. ¶ 3a scz q; habeāt integritatē ꝓbatur. quia quod caret aliqua pfectione simpliciter. non ē pfectum simpliciter. qꝛ ibi deficit vna pfectio simpliciť. ⁊ vt sic non ē integraliter pfectum. si ergo omnes in eodē sint. integritatē habebunt ¶ 4a scz q; habeant idēptitatē. vel sint nata ha bere ꝓbatur sic. qꝛ de aptitudine intelligūtur oēs ille ꝓꝛietates hoc inquā ptz. qꝛ q̄cquid est aptū natū esse in vna psona diuina. natū est habere idēptitatē. sed oēs pfectiones simpli citer sunt huiusmodi. ergo ⁊c. ¶ Sz contra ista arguiť q̄druplicīter. ¶ Pꝛimo ꝓtra primā Qđ est de se hoc non ē cōmunicabile. sed deitas est de se hec. ergo ⁊c. ¶ Cōtra 2am. Opposita sunt i cōpossibilia. sed alique pfectiones simpliciter sūt opposita. ergo ⁊c. ꝓbo minoꝛē. Ens est pfe ctio simpliciter ⁊ diuidiť multis modis ⁊ p dif ferētias oppositas. ⁊ p ꝓsequēs ille non sunt cō possibiles ¶ Cōtra 3am. Nam in quocūq; ē inte gritas ibi est totalitas. sed vbi infinitas ibi nō est totalitas. ergo vbi est infinitas ibi nō ē inte gritas. ¶ Cōtra 4am. Quādocūq; aliqua oppo sita cōueniunt aliquib⁹. nullum eoꝝ ē eis pꝛio ꝛium. sed distinctio ⁊ idēptitas sunt huiusmo di respectu pfectionū simpliciť. ergo ⁊c. ¶ Ad primū patet. Nam aliq̄d eē cōmunicabile pōt intelligi dupliciter. vel plurib⁹ indiuiduis. vl plurib⁹ suppositis. ꝑmo modo ꝓcedit instātia. sed scōo mō intelligiť ꝓꝛietas. ¶ Ad 2m nego minoꝛē. Nam nulle pfectiones simpliciter sūt opposite. quādo autē ens diuidiť p duas differē tias oppositas. nō oportet q; vtraq; sit perfe ctio simpliciter. sed sufficit imo ē necesse q; alte ra sola. sicut ptz in diuisione sb̄e p coꝛpoꝛeū ⁊ i coꝛpoꝛeū. incoꝛpoꝛeū dicit pfectionē simpliciť coꝛpoꝛeū autē non. nō ergo ē necesse si diuisus dicat pfectionē simpliciter q; vtrūq; diuidens dicat. imo forte non est simpliciter necesse de al tero tm̄. Et si dicas. ponať q; pfectio diuidat i pfectiones. ¶ Dico q; si diuisio sit p opposita ſ ē impossibile. tamē si fiat diuisio alio modo q̄ p opposita. sicut sepe fit ſz non ꝓpꝛie. tūc instā tia non valet ¶ Ad 3m dico q; accipiendo ꝓpꝛie integritatem ibi non est scz vt ap̄ꝓpꝛiať totā. sed methaforice accipiēdo. p collectiōe omniū pfectionū. hoc non est incōueniens q; talis ite gritas ponatur sine totalitate ¶ Ad 4m dico q; idēptitas que assignata est p ꝓꝛietate pfecti onum simpliciť nō debet intelligi in actu. sicut nec alie ꝓꝛietates assignate. sed sufficit q; h̄ sit in potentia. vnde sunt nate esse idez. ¶ Sed hic oriunť diffi. ¶ Pꝛima. quia videť q; aliq̄d sup positū poterit eē pfectissimū etiam amota vna pfectione. qꝛ p infinitatē diciť pfectissimū int oēia. sed amota pfectione. ſ. intellectu manen te volūtate. adhuc potest remanere infinitū. er go ⁊c. ¶ 2a. qꝛ sicut ꝓꝛium suppositū non ē pfectissimū nisi includat oēz pfectionē. ita essen tia nō erit pfectissima nisi ſm suam rōnem for malē omnē pfectionē simpliciter icludat. ¶ Ad primū dico q; esse pfectissimū pōt dupliciter in telligi. vl intēsiue. vel extēsiue. ꝑmo mō dico q; habēs vnicā pfectionē q̄tuz ad pfectiōes sim pliciter q̄dditatiuas eēt pfectissimuꝫ iter oēia intensiue. Si autē scōo modo scz extēsiue non sic. qꝛ ad hoc q; sit isto modo pfectissimū. req̄ri tur q; nulla pfectio sibi deficiat. ¶ Ad 2m dico q; esse pfectum diciť dupliciter. ¶ Uno mō q̄d ditatiue. ⁊ isto mō nec suppositū est pfectissimū

nec essentia. accipiēdo semp pfectissimū extensiue. qz multe pfectiones sunt que non sūt ō q̄d ditate suppositi. sicut nec de quidditate essentie ¶ Alio modo dicit aliq̄d pfectissimū denomiatiue. z isto modo tam eēntia q̄z suppositū sunt pfectissima. qz si omnis pfectio ineſt alicui modo. vel p̄mo mō vel scō modo. ¶ Si dicas ḡ essentia non erit pfectissima vt pscindit ab alijs. z p ꝓñs nec infinita. ¶ Dico q intensiue accipiēdo est pfectissima. tamen extensiue non est incōueniens negare. ¶ Sed q̄tuz ad p̄mā ꝓpietatē que dicta est de cōmunitate. intelligēdū est. q aliqua sunt que cōmunicant ad intra tm̄ sicut deitas. ¶ Aliqua tm̄ ad extra. sicut generatio q̄ creaturis cōmunicatur. non tamē alijs psonis Alia aūt sūt que cōmunicant ad extra z ad intra. sicut pfectiones simpliciter. velut sapiētia z huiusmodi. ¶ Alia que nec ad extra nec ad intra. sic̄ generatio diuina vt de se pateat. ¶ Tertius articulus ē. quō possunt iuestigari pfectiones simpliciter. ¶ Dico q q̄ttuor modis scz p uiam diuisionis. p viam diffinitiōis. p viā demonstratiōis. p viam ordinis. pōt etiam addi via cōpossibilitatis. ¶ Per viā diuisiōis sic. In coordinatione pictagoricoz p̄mo ethicoz semper vnū diuidentiū ens ponebat ad dexteram z aliud ad sinistrā. ad dexterā aūt ponebant pfectiora. ꝟm autē doctorē nostrū quecunq̄ ponūtur ad dexterā sūt pfectiones simpl̄r. vel nō sunt impfectiōes. sicut sba. spūs. absolutū. infinitas. z sic de alijs. oia talia dicunt pfectionez simpliciter. ¶ Per viā autē diffinitiōis sic. Q̄ñcunq̄ est aliqua diffinitio alicui⁹ que dicit pfectionem simplicit̄ q̄tum ad quālibet eius ptē. diffinitū dicit pfectionez simpliciter. si ꝝo aliq̄ diffinitio includat aliquas ptes quarū vna dicit pfectionem. alia impfectionē vel non pfectionem. totum nō dicit pfectionē. qz ad ꝓstituēdum totum omnes ptes sunt necessarie. ad destruendū autē sufficit destructio alterius ptis. Exempluz p̄mi. diffinitio sbe ē. q est ens p se. vtrūq̄ istoz dicit pfectionē. z ens z p se. z ido totum diffinitū sicut sba erit pfectio simplicit̄. Exemplū scdi. diffinitio corporis est. q est sba corporea. Iz q̄tum ad p̄mā ptem scz q sit sba dicat pfectionē. tamen qz reliqua pars vtpote corporeū nō dicit pfectionē. hinc ē q nec totuz dicit pfectionē ꝓpter rōnez dictam. ¶ Per viā demōstrationis sic ¶ Quādocūq̄ est aliq̄s subiectum de quo ē demonstrabilis aliqua impfectio. illud non dicit pfectionē simplicit̄. ꝓpositio hec ptz ex p̄cedenti. quādocūq̄ eni habent eandē diffinitionē. de eis de eadē demonstrāt z sic vbicūq̄ esset diffinitio illa eadē impfectio ꝓsequeret̄. cum ergo in deo ex p̄cedenti articulo sint oēs pfectiones simpliciter q̄tū ad earū diffinitiones. vt inferi⁹ m eli⁹ declarabit̄ de mōstret̄ eadē impfectio. qō est falsū. Si ḡ aliq̄ impfectio cōpetit pfectiōi simpl̄r. ꝟ nō erit p se ꝟ solū p accns. hoc aūt qō ꝓuenit alicui p accidēs. nō pōt de eo demōstrari cū sibi non repugnet sine eo inueniri. si ḡ oē qō demōstrat̄ ō. a. est pfectio simpl̄r. necessario. a. erit pfectio simpliciter. ¶ Per viam aūt ordinis sic. Q̄ñcunq̄ aliqua sūt essentialit̄ ordinata. si ꝑus nō dicat pfectionē simplicit̄ neq̄ posteri⁹. qz da oppositū q posteri⁹ dicat pfectionē simpl̄r z nō ꝑus. cū cuilibet pfectioni simpl̄r ꝓueniat sine oi impfectione eē. sequeret̄ q posterius in essentialiter ordinatis possit eē sine p̄iori. ¶ Potest aūt ad ista addi via cōpossibilitatis sic. Quis illa pfectio que est cōpossibilitatis omni pfectioni ē pfectio simpliciter. cuz oīa simpliciter bona habeāt cōpossibilitatē ꝟm Boyo. de diuinis nominib⁹ 4°. z ideo sapia nostra ē pfectio simpliciter. qz est cōpossibilis omni altri perfectioni. nō aūt aia nostra. qz aia nostra non ē cōpossibilis deitati. si ḡ iueniat̄ perfectio q alicui perfectioni simpl̄r repugnet. non ē perfectio simpl̄r ¶ Sed ꝯ hic instat̄ q̄druplicit̄. ¶ Primo cōtra p̄mū. Ens diuidit̄ p idē z diuersum quorum neutrū dicit perfectionē simpl̄r. ḡ diuisiōis via non ē sufficiens. ¶ Contra 2m Omne qō habet diffinitionē est cōpositū. sed cōpositū dicit imperfectionē. ergo via diffinitionis. ¶ Cōtra 3m Qō est natū inherere non est perfectio simpl̄r. qz inherere dicit impfectionez. sed sapia est nata inherere. ergo z̄c. Maior ptz ex via demōstrationis. Minor apparet i creatura. ¶ Cōtra 4m de ordine. certum ē q act⁹ intelligēdi ē posterior actu imaginādi. z ip̄m necessario ꝓsupponit. q tm̄ actus imaginādi nō ē perfectio simpliciter. ¶ Ad p̄mū dico q ens diuidit̄ dupliciter Uno mō p dr̄ias oppositas. z tūc tēporis semp altera dicit perfectionez simpl̄r. sicut qm̄ diuidit̄ p absolutū z respectiuū. Alio mō diuitur p passiones diuīctas. z tūc non est necesse Sic ē in ꝓposito de eodē z diuerso ¶ Ad 2m dico q pfectiones simpl̄r non hñt ꝓprie diffinibiles. tm̄ largo modo accipiēdo diffinitionē. sicut diffinitiones sūt possibiles in trāscēdentib⁹ bm̄ sūt diffinibiles. nec tales diffinitiones arguūt cōpositionē. ¶ Ad 3m dico q si inherere ꝓsequitur necessario rōnem formalē sapie. tūc bm̄ concluderet instantia. ꝟ non sic. Iz eni ipa insit. tm̄ b nō est rōne sui. ꝟ rōne accidēt cui in creaturis ꝓiuncta ē. ¶ Ad 4m dico q act⁹ imaginādi non est p̄ior ordine eēntiali actu intelligēdi. sed hoc est p statu isto z nō ē ex natura istoz actuū. qz sicut ptz. i aia sepata ē act⁹ intelligēdi sine actu

imaginandi. ¶ Sed que sunt illa que dicunt pfectionē simpliciter. ¶ Ad istius dubij solutionem pono q̄ttuor regl̄as p quas cognosci possunt pfectiones simplicit̄. ¶ Prima ē hec. q nulla pfectio q̄dditatiua dicit pfectionē simplicit̄ Voco autē pfectionem q̄dditatiuā pfectionez artatam specificam de genere sbe. nec etiam de quocūq; alio genere. accipiēdo ppzie illa que p se sunt in genere. hanc pbo. qz inter illas species natura angelica tenet pmū gradū. ipsa autem non est pfectio simpl̄r. Si dicas. sapia ē d genere qualitatis. ⁊ tñ est pfectio simpl̄r. ¶ Dico q sapiētia que est pfectio simpliciter nō ē p se in genere. sed p eam circūloq̄mur aliq̄d i genere. ¶ 2ª regula est ista. q nulla pfectio in creaturis si non inueniat̄ in deo ē pfectio simpl̄r. sicut est fides ⁊ spes. ⁊ huiusmodi. ⁊ generaliter oīs pfectio cui repugnat infinitas repugnat ei esse pfectionē simpliciter. ¶ 3ª regl̄a est. Quecunq; sunt in deo nisi sint cōmunia trib⁹ nō sūt pfectiones simpliciter. alioq̄n vna psona careret vna pfectione simpliciter quā alia haberet ⁊ sic non eēt psona pfectissima. vt patet supi⁹. ¶ 4ª regula ē. q etiā illa q̄ sūt cōmunia trib⁹ nisi p̄cedant relationes originis nō sūt pfectiones simpliciter. sicut sunt relationes cōmunes. Ex istis induco vnū corrolariū. q dictuz magistri Thome anglici est verū. s. q scientia visionis nō est pfectio simpl̄r. qz vt sic termiat̄ ad extra ꝛz eni esse absolutū i deo dicat pfectionē simpliciter. tñ respectus non Scientia autē visiōis addit sup absolutū scientie respectū. ⁊ sicut dictū est de scientia visionis. ita potest dici de oi qđ ē cōmune trib⁹. qđ sequitur psonas et respicit aliquid ad extra. sicut iusticia. misericordia. et oia talia que sunt ad creaturā. Sciendum aūt est ad euidentiā p̄dictoz q q̄dam sunt i creaturis que impfectionē q̄dditatiue includunt ⁊ p̄mo modo dicēdi p se. sicut cecitas q̄ est p̄uatio. ¶ Alique aūt sunt que in secūdo modo. sicut hūanitas. ⁊ simpl̄r q̄libet spēs cuiuscunq; generis. qz de ipis pōt demonstrari creabilitas vel finitas ⁊ huiusmodi. in omnib⁹ eni creaturis q̄ nō sūt pfectio simpliciter isto modo includit̄ pfectio. ¶ Alia sūt que p accidens solū. sicut sapientia in creaturis. cui ex ꝓiunctione sui cū alio ꝓuenit inherere ⁊ talia. ¶ Alia sunt q̄ nullo mō sicut deitas. sola autē ista de q̄rto mō. et illa de tertio tm̄ dicunt pfectionē simpl̄r. qz nō conuenit eis impfectio nisi p accidens. ¶ Quart⁹ articul⁹ ē videre q̄t sūt gradus pfectionū simpliciter. Et q̄tum ad h̄ dico q q̄ttuor sunt g̃dus huiusmodi pfectionū. ¶ Prim⁹ ē g̃dus trāscendentiū ⁊ cōmunissimarū passionū. sic̄ ratio entis ⁊ passionū eius. qz q̄cq̄d cōuenit pfectioni simpliciter est perfectio simplicit̄. ¶ 2⁹ gradus ē transcēdentiū subalternoz̄. sicut est ratio absoluti que ideo dicit̄ transcēdens. qz supza p̄dicamenta. ⁊ subalterna qz est sub ratione entis. ¶ 3⁹ est genez generalissimoz̄ sicut ē ratio sbe ⁊ omniū passionū eius. ¶ 4⁹ est quasi subalternoz̄ inter generalissimū ⁊ specialissimū sicut ē ratio spūs que est infra sbam ⁊ supza spēs specialissimas. ¶ Sed cōtra hoc instat̄ q̄druplicit̄ ¶ Primo contra primū de ente. quia qđ includitur in omnib⁹ q̄ttūcunq; impfectis non est pfectio simplicit̄. huiusmodi ē ens. ¶ 2° ratio absoluti in quocūq; infimo triū generū repit̄. ergo non dicūt impfectionē. ¶ 3°. qz nullum genꝰ est in deo. sed pfectiones sunt in deo. ergo nulla pfectio simpliciter est genus ¶ 4° a quocūq; remouet̄ generalissimū ⁊ subalternū. sed a deo remouet̄ generalissimū. ergo ⁊c. ¶ Ad primuz dico q rōnem entis formaliter accipiēdo. non ꝓuenit esse nec melioz ē nec peioz ē. quia talia dicūt excessum qui nulli rationi formali cōpetit. sed hoc tm̄ est rōne modi scz finitatis vel infinitatis. q ergo ratio entis excedat vl̄ nō. hoc est quia ipa apta nata est eē sub hoc scz infinitate. vel sub illo scz finitate. non exigit̄ autē plus ad rōnem pfectionis simpliciter nisi q posset esse infinita q̄ttūcunq; ei non repugnat finitas. Similiter dicendū ad scm̄ de absoluto ⁊ vniuersaliter de omni alio transcēdente. ¶ Ad 3m̄ dico q substantia que est pfectio simpliciter nō ē genus ⁊ similiter spūs vt est pfectio simplicit̄ nō est sub genere. s tamē illa dicunt̄ genera ⁊ subalterna. qz p illa circūloq̄mur ⁊ genera ⁊ illa q̄ subalternatim ponūt̄ sub genere. ⁊ isto modo sunt in deo ⁊ non in alio. ¶ Per idem ad q̄rtuz quia spūs vt est in genere substantie nō est simpliciter pfectio nec est in deo. sed spūs p quem circūloquimur illud de genere substātie illō ē in deo. ¶ Ad euidentiā autez eoz̄ que dicta sūt in articulo. notanda sūt quattuoz. ¶ Primū q omnes pfectiones simpliciter que deo attribuuntur sunt trāscēdentes vel eo modo quo ens. vl̄ eo modo quo absolutū vl̄ spūs. per aliquas tamen de istis circūloquimur aliqua que sunt in genere. sicut per spūalitatē ac sapientiā ⁊ talia. p aliquas autē non. sicut p ens nec p passiones eius. ¶ 2° notandū est q deitas ⁊ omnes per se passiones eius cuiusmodi sunt infinitas eternitas necessitas ⁊ talia nullo predictoz̄ modoz̄ quattuoz se habent. nec in aliquo illoz̄ graduum ponunt̄. quia in illis gradibus non ponunt̄ nisi pfectiones que cōmuniter ꝓueniunt deo ⁊ creature. ista autem sunt ppzia soli deo. Unde ex hoc cogimur ponere quintū ordinez pfectionum simpliciter que scz se habēt ad mo

dum spēi specialissime. sicut enī humanitas se habet ad hominē sic deitas ad deum. ⁊ sicut ri sibilitas sic infinitas eternitas ⁊ talia. ille autez gradus non inueniunt in creaturis eo q nulla spēs cuiuscūq generis ē que pfectionē simpli citer dicat. lz aliquas species circūloquimur p pfectiones simpliciter. tamē illa per que fit cir cūlocutio non sūt species sed trāscendētia sicut in secūdo gradu supradicto. Si dicat q nulla heceitas diuina in nulla istorū q̄nq graduū ē Dico q si sit pfectio simpliciter non est incōue niens sertū gdū dare q̄ se habeat p modū indi uidui. sicut q̄ntus per modum speciei. sed nec iste in creaturis reperitur. ¶3° notandū est q om ne illud quod includitur in aliqua perfectione simpliciter. est pfectio simpliciter. qz si aliqua non pfectio includeretur tunc totū non esset p fectio simpliciter. saltem rōne illius ptis. ¶4° notandum est q nō omne illud in quo includi tur pfectio simpliciter est pfectio simplicit. qz sic omnes spēs ⁊ omnia genera essent pfectiōes simpliciter. cum ratio entis in omnib⁹ includa tur q̄ est pfectio simpliciter. non tamē est certū si illa inclusio est q̄ditatiua. ¶Quint⁹ articul⁹ est videre qui sunt ordines pfectionum simpli citer ⁊ quot. ¶Et q̄tum ad hoc sciendū ē q ali quādo inuenitur q omnia tam superiora q̄ in feriora dicunt pfectionē simpliciter. sicut i deo ratio substātie spūs ⁊ deitatis ⁊ heceitatis. ita q omnia accipiēdo ab indiuiduo vsq ad trās cendēs. dicūt pfectionez simpliciter. aliquādo tamē inuenitur q superiora dicūt pfectionem simpliciter nō tamē inferiora. sicut est in substā tijs. nam humanitas non dicit pfectionem sim pliciter ⁊ tamē substantia dicit. similiter ange lus non dicit. ⁊ tamē spūs ⁊ substantia dicunt pfectionez simpliciter. aliquādo inferiora ⁊ ta men nō superiora. sicut sapientia que dicit perfe ctionem simpliciter ⁊ tamē qualitas in cui⁹ge nere collocat nullā dicit pfectionē simpliciter. certū est q nec qualitas nec talia inueniunt in deo que tamē reperirent in eo si dicerēt pfecti onem simpliciter cū habeat omnes vt patet ex pcedentib⁹. ¶Sed ꝫ instat q̄drupliciter ¶Pri mo ꝓtra primū. nā videt q heceitas ꝓprietat] ita dicat pfectionez simplicit sic heceitas essen tie. ¶2ª q rō entis dr de relatione. ꝑ rō entis di cit pfectionē simplr. g̃ ⁊ rō relationis dicit silr. ¶3°. quia quando alterꝫ de altero pdicat. q̄cq̄d dr de pdicato dr de subiecto. sed perfectio sim pliciter pdicat de sba. ergo ⁊ de homie vel cor pore. cū sba dicat ⁊ pdicetur de eis. ¶4° q̄cq̄d repugnat superiori ⁊ inferiori Cōfirmat. quia quicq̄d pfectionis cōuenit superiori ⁊ inferiori. ¶Ad primū dico q sicut essentia dicit pfectio nem. non tamē ꝓprietas sicut heceitas essentie non tñ heceitas ꝓprietatis. ¶Ad 2m dico q lz rō aialis dicat de hoie. non tñ illud qđ ꝙuenit aiali. s. ratio generis. Eodē mō dico q lz ratio entis cōueniat relationi non tamē ratio pfecti onis simplicit forte eni illa ē scda intētio. ¶Ad 3m dico q ꝓpter illud quod tangitur in 3° et in 4° ⁊ in cōfirmatiōe. oportet ponere de necessi tate q in omnib⁹ istis pfectionib⁹ simplr q̄ di cunt esse in genere. q habeant diuersas rōnes vnā transcendentē aliā in genere. ita q illi trās cendēti rationi accipiēdū q sit cū illa lz nō ecō uerso. ¶Exemplū sba q̄ est pdicatū. illa necessa rio est cōiuncta cuidaz rōni formali que ꝓprie vocatur sba. ⁊ p istud illud nomē qđ primo ꝙue nit isti rōni formali. circūloq̄mur istam rōnem formalem que ꝓprie ⁊ directe est pdicatū sic d oibus alijs. ꝑ hoc patet ad q̄rtū ⁊ ad confir mationē. ¶Sextus articulus est videre. vtruz omnis pfectio simplr habeat ꝙceptū simplicit simplicē in se ex pte rei. nam de cōceptu in aia nullam facio difficul. sed de ipa quidditate cō cepta vtrum sit simplr simplex. ¶Dicit vnus doc. q in vniuerso non est inuenire aliquod sim pliciter simplex in rez natura. quia omne qđ ē potest resolui ⁊ p ꝙsequēs nihil oīno simplex. ¶Cōtra in omni resolutiōe oportet ꝓcedere in infinitū. vel deuenire ad aliquid indiuisibile. ꝑ in diffinitione est resolutio per rōnes formales ergo in eis vel erit ꝓcessus in infinitū. quod est incōuenies in rōnib⁹ formalib⁹. ⁊ potissim⁹. qz ordo essentialis est inter eas. ergo erit deueni re ad aliquam vnā formalem non ampli⁹ roso lubilem. Illam autē voco simpliciter simplicē istam ergo tan q̄ euidentem supponendo q scz sit dare. quidditates simpliciter simplices. Et pono duas cōclusiones ¶Prima est ista q om nis perfectio simpliciter ē ita simplex q nullo modo cōponit ex aliquo i q̄bus posset resolui. Hanc ꝓbo sic. omne illud quod est compositū ex aliquib⁹ inq̄tum tale. includit impfectionē in ꝓmo modo vl saltim in scdo. qz scz importat compositionē. ꝑ nulla perfectio simplicit vt su perius ostensū est includit impfectionē. nec p mo nec scdo mō p se. g̃ ⁊c. ¶Cōfirmat. qz omne nō simpliciter simplex. habet partes eentiales in quas resolui potest. Tūc sic. nullus habens partes essentiales pōt esse infinitus. sed omnis perfectio simpliciter vt supra patuit pōt esse in finita. ergo nulla perfectio simpliciter includit ptes essentiales. ¶Sz ꝙ ꝙclusionē instat q̄dru plicit ¶Primo nā sba est pfectio simpliciter. ⁊ tñ ratio sua diffinitiua est resolubilis in ens et in p se. est enim sba ens p se. ergo ⁊c. ¶2° nam diffinitio spiritus est substātia incorporea. hic

bitum videntur differre. ¶ Hoc ꝓbatur. quia equalia sunt vnuz in q̄titate sicut similia sunt vnum in qualitate. sed dissimilia esse non possunt: nisi inter qualitates alterius ⁊ alteri⁹ speciei. Constat autē ꝙ in talibus est ꝓcessus i infinitum. ergo in speciebus q̄titatis ꝓtinue erit ꝓcessus in infinituz. ¶ 3ª via sumitur ex ꝓcessu figurarū. nam figure mutant spēm p apositionem vnius anguli. sicut patet ō triangulo ⁊ q̄drangulo. ⁊ alijs figuris. sed talis apositio ꝑt ꝓcedere in infinitum. ¶ 4ª via que satis est difficilis fundat in actib⁹ intelligēdi reflexionis intellect⁹ ⁊ in actibus voluntatis. in q̄bus �means Aug⁹. est ꝓcessus in infinitū. Ex hoc arguitur accipio aliquod obiectum ignobilius sua intellectione. vtpote albedinē. intellectio albedinis ē nobilioz albedine. ⁊ alterius spēi ab ea. ergo scōa intellectio albedinis est nobilioz ꝓma. qz nobilioris obiecti est nobilioz intellectio. et sic scōa differt spē a ꝓma. Eodē modo de tertia. et sic erit ꝓcessus in infinitū. ¶ Istud cōfirmatur q̄druplici rōne. ¶ ꝓimo sic quicq̄d non repugnat creature. pōt sibi cōmunicari. Hoc patet. quia exquo nō ponit extra terminos creature nulla videtur repugnantia. sed huiusmodi ꝓcessus non repugnat creature. qz semp ꝓcedēdo quelibet posita erit finita. ergo ⁊c. ¶ 2° sic. vltra omnē creaturā ꝓductam in esse. deus habet vim ꝓductiuam excedentē. qz infinitaz habet. ⁊ creatura quelibet est finita. sed oī virtuti ꝓductiue cozrespōdet aliqd ꝓducibile. ergo vltra omnē creaturā dataz. semp erit creatura ꝓducibilis. ¶ 3° sic. omni virtuti ꝓductiue erit dare terminū adequatū. sed deus habet virtutem infinitā. ergo ⁊c. sed virtutis ꝓductiue infinite nullum finitū est termin⁹ adequat⁹. ergo infinitus. ¶ 4° sic. nam tanta est virtus creati i deo sicut generatiua. ⁊ eque infinita. ⁊ eq̄lis impfectionis. sed virtus generatiua ex sua infinitate pōt habere infinitum ꝓductū. vtpote filiū ergo eodez modo virtus creatiua poterit. ¶ Sed istud impugnat q̄drupliciter. ¶ ꝓimo logice sic. Impossibile est aliquā speciē habere infinitas differētias ꝓstitutiuas. sed si eēt ꝓcessus in infinitū in specieb⁹ aliqua spēs haberet infinitas differētias ꝓstitutiuas. ergo ⁊c. ¶ Probatio minoris. omne genus diuidit ꝑ differentias opositas imediatas scz tm̄ positiuā ⁊ priuatiuā. ita ꝙ impossibile est genus imediate ꝑ plures diuidi. ꝑ si eēnt infinite spēs. oporteret ꝙ eēnt ifinite differentie. ⁊ sic per ꝓñs infinite diuisiōes. sed ille diuisiōes necessario eēnt diuisoꝝ subalternatim positoꝝ. ergo spēs infima haberet supza se infinita genera. ⁊ ꝑ ꝓñs infinitas differētias includeret. Hec ratio necessario ⁊ euidēter demōstraret. si ꝓcederet ꝙ necessario gen⁹ diuideret in duas differētias opositas. sed tamē hoc nō est euidēter notū. Licet eni ꝑ duas fiat cōmuniter diuisio. tamē diceret ꝙ ꝑ vnā illarum multe alie circūloquūt. Unde quādo dicimus: ꝙ gen⁹ diuidit ꝑ positiuū ⁊ priuatiuū. sicut animal ꝑ rōnale ⁊ irrationale. rōnale. qd̄ nō est imaginanduz ꝙ irrationale sit vnica differētia q̄ vlterius diuidat in alias duas. qz cuz sint plus q̄ mille spēs animaliū irrationaliū. cēt deuenire ad illā spēm que ꝓstituetur ꝑ q̄ngentas differētias. sed potius ēimaginandū ꝙ ꝑ irrationale circūloq̄mur oēs differētias que nō sūt cōstitutiue spēi rōnalis. ita ꝙ illa ratio non euidēter ꝓcludit impossibilitatem ꝓclusiōis. ¶ 2° ꝓbatur impossibilitas istius cōclusionis via naturali sic. ꝓcessus ad ꝓfectum ⁊ ad totū. infinitum autez vt sic nec pōt esse totuz. qz infinito repugnat totalitas. ergo ⁊c. ¶ Sed nec iste ꝓcessus demonstrat. quia cōstat ꝙ vniuersū ponit ꝓfectius si in infinitū ꝓcedat q̄ si in aliquo determinato stet. Unde lz limitatum. totum. ⁊ ꝓfectum. tamē idem. qz ibi non est cōplera perfectio. tamē in illimitatis ꝓfectis repugnat totalitas formalis lz nō ⁊tualis. ¶ 3° arguo methaphisice sic. Inēentialiter ordinatis est deuenire ad aliqd̄ primū. sed in ꝓfectionib⁹ specificis est ordo essentialis. ergo ⁊c. Similiter oēs spēs alicui⁹ generis vident habere ordinē ad vnaz illius. sicut exercit⁹ ad ducē. ¶ Sed istud nō demōstrat. qz pōt esse ordo essentialis ꝑm ꝙ diceret aliq̄ ita duas spēs. nō cōpando eas ad aliqd̄ primū alia ab eis. ¶ Silr dico. ꝙ si essent infinite species. non ꝓpter hoc remouetur ordo eēntialis ad primū. nisi ad primū illi⁹ ordinis. sed ad primū extrinsecū ⁊ alterius ordinis nō mouetur. Non eni ordinant ad deuz spēs vniuersi. vna alia mediāte. sed quelibet imediate ¶ 4° arguitur theologice sic. cum eni deus intelligat oīa que pōt facere. si posset in infinitū causare species. intelligeret oēs spēs simul. ⁊ ꝑ ꝓñs intelligeret vnam spēm infinite ꝓfectionis. vidēdo infinitos gradus supza quācūq̄ signatā. ¶ Sz nec illud euidēter ꝓbat intentū. qz certum ē ꝙ deus infinitos numeros cognoscit. nec tamen aliquē infinituz. tūc eni eēt ibi status. ⁊ subtracta vnitate ab illo. eēt finitus que sunt inconuenientia. Similiē diceret de specieb⁹. ¶ Aliq̄ autem volunt istam ꝓclusionē demonstrare ex diuisione entis ꝑ finitū ⁊ infinitū. solus deus cadit sub altero. s. sub infinito. ergo solus deus ē infinitus. ¶ Sed hoc nō demōstrat. quia non ē cuidens. ꝙ infinitas repugnat creature. ¶ Alij ex ra-

arguūt hoc ex ordine dependētie. ¶ Alij ex ra-

tione infiniti. qz est illꝫ quo magis cogitari nō
pōt. ⁊ non cōuenit nisi soli deo ꝑm Anſ. ¶Ex
nec iste vie euidenter cōcludunt. maxime vlti-
ma. qz facta distinctiōe de infinitate ꝑm quid.
que est in genere. sicut infinita albedo ⁊c. ⁊ de
infinitate simpliciter. que est extra genus. que
est trāscēdens. habeꝫ ꝙ illa ratio non ꝓuincit
¶Ad exēpla autē q̄b⁹ ꝓpositū alteri⁹ opiniōis
declaraꝫ. dicitur ꝙ in numeris ⁊ in speciebus
q̄titatis cōtinue ⁊ in figuris nulla est ꝑfectio.
non enī talia dicūt simplicit̄ ꝑfectionē Et ideo
non est ibi ꝓcessus in sursum. sicut ipi dicunt.
¶Aliter dicūt aliqui. ꝙ spēs numeroꝝ nō va
dunt in infinitū. qz numeri non distinguūt spē
nec bicubitū ⁊ tricubitū. ¶Sed hoc eēt multū
graue ad sustinendū. cum oēs ꝓcedant distin-
ctionē specificā inter ea. ¶Ad illud de actu itel
ligendi ē diffi. Dicit tamē ꝙ nō eēt tāta distin-
ctio actuū sicut ponit̄ obiectoꝝ. alꝫ differrent
genere sicut obiecta. que aliquādo differūt ge-
nere. Non videꝫ ergo esse incōueniens. ꝙ aliq̄
differētia sit inter eiusdez speciei actus. ꝓpter
quā vnus sit isti⁹ obiecti. et alius alteri⁹. Sed
tunc oportet respōdere ad rōnes. ¶Ad primā di
co: ꝙ infinitari creature repugnat. Et si ꝑ ipos
sibile adderēt illi supreme speciei aliqua enti-
tas. ꝓcedendo ꝙ ꝫ impossibili posito ꝙ ita eēt
sicut ꝓcluditur. sed tamē hoc est impossibile. ſ.
ꝙ addaꝫ aliqua entitas. nec ꝫ est in potētia ob
iectiua. ¶Ad 2m dico. ꝙ non est incōueniēs ꝙ
aliqua ⁊tus trānscēdat formaliter. ⁊ ꝑ ꝫ̄s sit
in se formaliter infinita ⁊ tamē obiectaliter vel
⁊tualiter non trāscendat. ¶Ad 3m dico ꝑ idez.
Licet enī termin⁹ nō sit adequat⁹ formaliter i
entatite ipi diuine ⁊tuti. tamē obiectalit̄ pōt.
ita ꝙ ⁊tus plus non possit. ¶Ad aliud dico ꝙ
ꝫ vtraq̄ istaꝝ ⁊tutum scz generatiua ⁊ creati
ua sint equalis ꝑfectiōis in se formaliter. ⁊ eq̄-
liter infinita. ⁊n vni repugnat habere terminū
equatū sibi in entitate scz ⁊tuti creatiue. ⁊ alte
ri nō repugnat scz generatiue. qz ista ⁊tus ē ob
iectiue ad intra. alia vero ad extra. ¶Sed ꝫ est
diffi. vtꝝ scz dato ꝙ eēt ꝓcessus i infinituz i spe
ciebus. vtꝝ deus itelligeret vnā speciē infinitā
¶Dico ꝙ nō videꝫ necessaria ista ꝓña. sicut ap
paret in exemplo manifesto. Nam cōtinuū est
diuisibile in ptes in infinitū. deus tamē non vi
det aliquā ptez que vltra nō sit diuisibilis. sic
in ꝓposito. ¶2° videndū est. vtrū in descendē-
do sit ꝓcessus in infinitū i specieb⁹. ꝫ sunt q̄ttu
oꝝ vie siliter. q̄bus cōclusio affirmatiua ꝓbaꝫ.
¶Prima accipit̄ ex diuisiōe ꝓtinui. qz ꝓtinuū
est diuisibile i infinitū. ꝫ in q̄libet diuisiōe vari
atur spēs q̄titatis. sicut bicubituz. monocubi-
tū. ⁊ sic si fiat ꝑm equalē ꝓportionem. ergo ⁊c
¶2ª accipitur ex numeris. qz cōpositioꝝ ē bina-
rius q̄z vnitas ⁊ ternarius q̄z binarius. ⁊ sic in
infinitū. Et sic quāto res cōpositioꝝ tāto impfe
ctioꝝ. ergo in deoꝝsū descēdendo est ꝓcessus in
infinitū in specieb⁹ numeroꝝ. ¶3ª accipitur ex
figuris. qz quadrangul⁹ est inferioꝝ in ꝑfectio-
ne respectu trianguli. ⁊ pentagon⁹ inferioꝝ re-
spectu quadranguli. igit̄ ꝓcessus in infinitum.
¶4ª accipit̄ ex actibus reflexis. si ponit̄ aliqd̄
obiectum nobilius. tñ ꝓxima intellectiōe. sicut
quādo intelligo angelū. tunc intellectio intelle
ctionis ē ignobilioꝝ. ⁊ 3ª q̄z 2ª. ⁊ 4ª q̄z 3ª. ⁊ sic i
infinitū. sicut supius ecōuerso. Dicūt ergo isti
ꝙ non videꝫ cōtradictio ꝙ ponaꝫ ꝓcessus i in
finitum in deoꝝsū. ¶Sed ꝓxa instaꝫ q̄druplici
ter. ¶Primo sic. qz oīs ꝑfectio finita ꝑ ablatio-
nē finitoꝝ graduū adnihilaꝫ. sed oīs crea-
tura est finita ¶2°. qz sequereꝫ ꝙ illa species a
qua incipetur descēsus ꝙ vadit in infinitū. eēt
infinita. qz contineret gradus infinitos ¶3°. qz
aliqua creatura limitata distaret a nihilo i infi
tum. ¶4°. qz tunc angelus distaret equaliter a
nihilo cum materia. ⁊ videtur sequi incōueni-
ens aliud. ꝙ angelus distet equaliter a nihilo
⁊ a materia. qz inter angelū ⁊ materiā sunt infi
nite spēs. ⁊ sic infiniti gradus. non sunt autem
plures inter angelū ⁊ nihil. ergo ⁊c. ¶Ad ratio-
nes istas posset homo facilit̄ dicere: ꝙ descē-
sus fit ꝑm ptes eiusdez ꝓportionis. ⁊ sic nulla
infinitas sequitur. Naz inter vnam ptem cōti
nui ⁊ aliam sūt infiniti gradus ⁊ infinite spēs.
⁊ tamē in infinitū non distāt sed finitate. qz illa
infinitas ptium est ꝑm ptes eiusdē ꝓportiōis.
Si autem fieret descēsus ꝑm ptes eiusdez q̄ti
tatis. rōnes demōstrarent. Unde dico ꝙ acci-
piendo ptes eiusdē ꝓportionis. tot sunt inter
palmā linee ⁊ punctū. quot sunt iter totā lineā
⁊ pūctum. imo quot sunt inter totuz vniuersū
et de talibus non sequitur aliqd̄ incōueniens.
¶3° videndū est. si ē ꝓcessus i infinitū in media
cōscendēdo. ita ꝙ data aliqua specie multum
nobili ⁊ alia multū ignobili. vtruz siat infinite
spēs medie. ¶Dicūt aliqui ꝙ non. qz eni extre
ma sūt posita ⁊ finita impossibile ē sumere infi-
nita media inter ea. ¶Sed ꝓxa ꝫ arguo q̄dru-
pliciter. Primo. qz posito ꝙ spēs numeroꝝ in
cipientiū a dualitate vadūt in infinitū. nū q̄z p-
tingēt ad nobilitatez minime qualitatis. qz qñ
totū gen⁹ excedit totū. generatio non pōt tātū
ꝓcedi in inferioꝝ ꝙ attingat ad aliqd̄ supioris
cum ergo dualitas sit posita in actu. ⁊ minima
q̄litas inter ea. hoc nō obstāte poterit esse mul
tiplicatio specieꝝ in infinitū. ¶2° in ꝓtinuis. qz
ꝓcedēdo in infinitū in spēbus q̄titatis ꝓtinue
vt i bicubito ⁊ tricubito. ⁊ sic de aliꝭ in ascēdē

do nunc̄ deueniem⁹ vsc̄ ad minimā c̄titatē. nec in descēdēdo ad relationē. ꝓpter sui infinitatē. ¶3° hoc idē apparet in speciebus itelligibilibus. si eni possent fieri infinite species ⁊ quelibet posset habere suam spēm intelligibilē nūc̄ attingēdo aliquā determinatā possent tm̄ multiplicari q ptingerēt ad nobilitatē speciei quā deus intelligit. ¶4° de actu intelligēdi. qñ obiectum primū est nobilis⁹ actu nunc̄ c̄tūcunc̄ multiplicatur ꝓuenitur ad graduz nobilitatis ꝑmi actus recti vel obiecti eius. in descēdendo aūt nunc̄ ꝓueniet ad infinitatē relatiōis vel q̄litatis sensibilis. ¶Ideo apparet mihi q nō est aliquod incōueniens. q datis extremis finitis q̄n possit ꝓcedi in infinitū i inēmediis. sicut patet in cōtinuo ꝑm ptes eiusdē ꝓportiōis. ¶Sz cōtra. videt eni q sicut homo plus excedit asinū c̄ asinus plantā. ita videt q angelus plus excedit hominē c̄ homo asinuz. qz ꝑm dr̄iam nobiliorē. Dicit q lz illud verū sit. qz illud sūt de genere sbe. in quo est ꝓcedere in infinitum. nō tm̄ est sic in actibus itelligendi. Nā pl⁹ excedit actus intelligēdi albedinē que est suū obiectum. c̄ actus reflexus actū rectū. ¶Sed ⁊tra dupliciter. ¶Primo. quia excessus in spēb⁹ multorū numeroz fit p equale scz p vnitatem. non tm̄ in ꝓportione. sed in c̄titate. ¶2°. qz quāto nobiliorz est entitas in qua fit excessus. tanto ē maioz ꝑm c̄titatē vtutis. sed nobilior species semp excedit inferiorez in nobiliori entitate c̄ illa alia. qz in differētia sua specifica que est nobilioz c̄ differētia inferioris sicut nunc tactuz est. ergo ⁊c̄ ¶Dico q excessus q̄ fit in numeris per vnitatē est in c̄titate. ⁊ ille non est citra alique numerū determiatū. sed excessus ꝑm quē qualitas excedit numerū ē alteri⁹ rōnis. ¶Ad aliud dico q illud argumētū non vrget. nisi dicatur q illa spēs non excedit aliam ꝑm totam dr̄iam specificā. sed solum in illo excedit qđ addit illa species pfectionis. cum in vtraq̄ sit genus. nec plus prima addit ad primā c̄ secūa ad secūam. ¶4° videndū ē. vtrū sit ꝓcessus i infinitū in latus assumendo scz ꝑm spēs eq̄les. ¶Dicūr cōiter q isto modo non solū non est ꝓcessus in infinitū specieb⁹ scz equalib⁹. imo simplicit null⁹ ꝓcessus. qz impossibile est dare duas species eētiales in vniuerso. Et ratio isti⁹ est illa quam assignāt. q scz genus diuidit per duas differētias. quaz vna est positiua. ⁊ altera priuatiua. vt aial ꝓ rōnale ⁊ irrōnale. semp autez positiua est pfectioz c̄ ꝓuatiua. et p ꝓns spēs ⁊stitutiua p positiuā semp est pfectioz. ¶Sed tm̄ lz ista sit ratio cōmunis. non tm̄ demonstrat Nam corporeū ⁊ incorporeuz diuidunt sbam. corporeū tenet hic locum positiui. ⁊ incorporeum est nobilius corporeo. Unde diceret q lz vna nominet nomie ꝓuatiuo. tamē est vere positiua ⁊ sepe nobilioz c̄ illa que nomiat vt positiua ¶Cōfirmatur. qz nulla dr̄ia ꝓuatiua pōt esse cōstitutiua speciei positiue. ¶Sed si dicat q quādo dicit q vna differētia ē ꝓuatiua. non stelligitur q̄n dicatur aliq̄d positiuū. sed intelligitur q caret aliquo gradu entitatis vel pfectionis quaz habet alia in quo sibi supemineret sed istud est bn̄ dictū. tamē non ē ꝓbatuz. Nō arguitur aūt nunc ⁊tra ꝯclusionē sed ⁊tra modum ponēdi eam ⁊ rōnem p quā talis ꝯclusio ponitur scz ⁊tra supradicta. Igitur videt posse aliter ꝓbari sic Nam inter spēs sicut ⁊ inter illa que sunt diuersaz rationū. nō cōsurgit nisi respectus dispantie. ꝓpter diuersas differentias ⁊stitutiuas eaz que sunt diuersaz rationū sed disparitas cū omni essentialitate stare non pōt. ergo ⁊c̄. ¶Sed ⁊tra istud instat̄ q̄druplic̄iter ostendo q in equalib⁹ sit ꝓcessus i infinitū. ⁊ tamē vnum nō est pfectius alio. cum nullam dicat pfectionē ¶2°. qz sicut deus pōt facere aliquid aliud q̄n. ita vltra oīe vbi pōt facere aliud vbi. ⁊ tamē vnū vbi aliud non excedit. et sunt distincta spē. sicut ꝓbabit̄ euidēter in scō ⁊ eodē modo arguit̄ de ꝓriori ⁊ posteriori in tēpore. ¶4° eodē modo de extra et intra que sūt dr̄ie loci. ¶Ad oīa ista dico vnico ꝝbo: q lz respectiuis vna spēs non sit perfectioz alia. nō tamē sequitur q equalis. Unde sicut illa que se excedunt in c̄titate pfectionis. necessario hñt c̄titatem pfectionis. ita que sunt equalia Ūi sicut ibi non ē excessus in pfectione. ita nec ibi equalitas. tamen vna bene est ꝑncipalioz alia. quēadmodū dicim⁹ i diuinis q vna ꝑsona bene ē ꝑncipalioz. lz nō sit pfectioz. Aliqui tamē nituntur istā ꝯclusionē ꝓbare ex ordine eminentie. ¶Ad argumētum patet.

Questio. X.

Decima questio est. vtrū deus potuerit ꝓducere aliq̄d actualiter in infinitū. q non. qz deus non pōt facere aliud deum. illud autē infinitū eēt deus. qz quo maius cogitari non posset. ¶Contra diuina potentia est infinita. ergo ⁊c̄ ¶Hic intelligendum est. q quattuoz sunt modi infinitatis. ō quibus questio potest hr̄e difficultatez scz modus infinitatis extensiue ꝑm c̄titatē ⁊tinuā in lineis Alia ꝑm discretā. sicut i numeris. Aut ꝑm c̄titatē vtutis. sicut in gradibus pfectionuz. Aut ꝑm c̄titatē durationis. sicut in tpe ¶Et q̄tū ad ista sūt q̄ttuoz inuestigāda ¶Primū ē. si de⁹ pōt facere infinitū ꝑm multitudinē Dicūr aliqui q nō qz infinitū est cui⁹ c̄titatē accipiētib⁹ semp est aliq̄d extra accipe. qđ tm̄ non ⁊tingeret si esset

infinitū. ¶Sed ꝓtra arguo ꝙdrupliciter. ¶Primo sic. natura specifica hūana non ē determinata ad certaz multitudinē indiuiduoꝝ. quia da opositū. sequereꝯ ꝙ deus in ⁊ mūdo generati onē nō posset ꝓtinuare ieternū. sed tm̄ vsqz ad illuz numerū quem sibi determinaret. Nam ⁊ suppositō arguiꝯ sic. quādocunqz est aliqua natura cui ex se non repugnat cōmunicari infinitis simul. ideo nō repugnat sic facere scz eaz in infinitis simul cōicare. qz nunqz ꝓuenit impossibilitas ex pte dei. sed natura humana nō habet ex se repugnantiā ad ⁊ ꝙ infinitis simul cōmunicetur. ¶Hoc ꝓbo. nam ipa est nata cōicari mille simul ⁊ .x. milib⁹. ⁊ sic ꝙtūcunqz multiplicaꝯ numer⁹. sibi nō repugnat simul cōicari. ꝙ deus pōt eam cōicare infinitis simul. ¶2° sic. quot sunt induidua eiusdez spēi ꝓducibilia simul. tot deus pōt ꝓducere simul. cū possit omne pbssibile sicut ē possibile. sed infinita indiui dua sūt simul ⁊ fuerūt simul ꝓducibilia. cū oia habuerūt ab eterno suam ꝓducibilitatē. ergo possunt simul ꝓduci. ¶Ista tm̄ rō mitⁱ ꝓbaret nisi aliud adderēt. ꝓcluderēt eni ꝙ de⁹ omnes ptes motus ⁊ tēporis successiuoꝝ pōt facere. qz certū est ꝙsuaz ꝓducibilitatē ab eterno habuerūt simul. ¶Propter hoc arguo sic addēdo Aut infinita sūt simul ꝓducibilia ꝓ simul. aut non. Si sic. tūc simul de⁹ poterit ꝓducere. nec valet de ptibus successiuoꝝ. qz ⁊ sint simul ꝓducibiles. tamē nō sūt ꝓducibiles ꝓ simul. Si autē dicas. ꝙ non simul ⁊ ꝓ simul sunt infinita ꝓducibilia. tunc erit dare certū numerū. vltra quem deus ꝓducere nō pōt vnam aiam simul intelligēdo. qđ videꝯ satis incōueniens. ¶3° sic quādocūqz sūt aliqua ꝓducibilia successiue. ꝙbus ex se nō repugnat simultas illa. de⁹ simul pōt ꝓducere. sed infinitas aiabus que sunt successiue ꝓducibiles. non repugnat simultas ex se. qz nō sunt in loco. hoc patet. quia ꝙtūcūqz multitudinē aliquam accipias simul. nullaz inuenies repugnantiā. ¶4° sic. In re finita ipossibile est ꝓcedere in infinitū ꝑ ptes eiusdem ꝙtitatis. sed in induiduis ꝓducibilib⁹ simul ⁊ ꝓ simul. ꝓcedere est possibile in infinitū. Data enī quacunqz multitudine finita simul deus pōt illam simul. ⁊ adhuc non est possibile dare tm̄ ꝙn adhuc poterit tm̄. ergo videtur ꝙ possit infinita simul ꝓducere. ⁊ non solū simul. ꝫ etiā ꝓ simul. ¶Ideo videtur aliquib⁹ dicenduz. ꝙ deus pōt facere simul multitudinē actu infinitam. qz non videꝯ repugnantia. Sed ꝓ quolibet solis radio vel instanti tēporis deus vnam aiam creat ⁊ cōsernat eam. ⁊ tunc essent infinite ¶Sz tamē ꝫ istā sententiā instaꝯ ꝙdrupliciter ¶Primo sic. qz omis multitudo creabilis ē numerus. sed numerus ē multitudo mēsurata ꝙ vnum. multitudo autē infinita mensurari non potest. ergo ⁊c̄. ¶2° illa multitudo signata erit vnū indiuiduū multitudinis ire. ⁊ ꝓ ꝫsequēs erit in aliqua specie. ⁊ sic ꝫ aliqua spē numeri ꝫstituta ꝙ vnitatem erit dare numerū infinitū ¶3°. qz si deus subtraheret vnuz denariū a tali multitudine de vno denario esset diminuta. ⁊ tunc aut eēt finita. aut nō. Si nō. tunc infinitū esset maius infinito. qz plus ⁊ maius erat ante ablationē denarij ꝙz ꝓius. Si autē sit diminuta. tunc erit finita. ⁊ sic seqtur ꝙ vnus denari⁹ ꝫstituebat multitudinē infinitā. ¶4°. quia tali multitudini adhuc videꝯ ꝙ deus possit addere vnam animā. cuz possit eā subtrahere. ⁊ manente tota vel eadem multitudine repare. ⁊ eadem rōne duas ⁊ tres. ⁊ sic in infinitū. ergo vltra infinitā multitudinē potest aliā infinitā creare. ⁊ similiter duas. et ꝙ ꝑ ns infinities infinitas in infinitū. ¶Ad ꝓmuz dico. ꝙ lz multitudo creabilis sit numer⁹. si sit finita. non tamē si est infinita. Unde talis multitudo non ē numerus. nec est in genere ꝙtitatis discrete. nisi per reductionem. sicut vnitas. qz tūc eēt necessario sub aliqua eius spē ¶Et si dicatur ꝙ infiniti ratio ꝙtitati cōgruit. Dico ꝙ verū est reductiue sicut diuisibile ⁊ indiuisibile ꝓtinent ad ꝙtitatem solū reductiue. ita finitū ⁊ infinitū vnuz ꝙ se scz diuisibile ⁊ finitū. aliud autem reductiue ¶Ad 2ᵐ dico. ꝙ ille numer⁹ nō esset indiuiduū generis ꝙtitatis. nec alicuⁱ⁹ speciei illius generis formaliter ⁊ ꝙdditatiue. sed tm̄ reductiue. sicut vnitas hec nō est ꝙ se in illo genere. nec in aliqua specie. reducīt tamē ad illō. ¶Ad 3ᵐ dico. ꝙ facta subtractiōe ꝙtecūqz multitudinis finite. adhuc remanet multitudo infinita. ⁊ nullo penitus minozata. sicut nec quo ad nos mare ꝙ mille guttas minozaꝯ. ¶Similiter dico: ꝙ ꝙtūcunqz apponatur nō augmentaꝯ. Et ratio omniū istoꝝ est que dicta ē supra. qz equale ⁊ inequale sūt passiones ꝙtitatis finite. et magⁱ ⁊ minus sunt spēs ineqlitatis. Et ideo isti multitudini nō possunt iste passiones cōpetere scz equalitas ⁊ inequalitas. ¶Ad 4ᵐ dico de animabus ꝙ pōt vnam aiam creare. ⁊ vnam illarum subtrahere. tamē adhuc remanēt infinite sicut in cōtinuo sūt infinite ptes. ⁊ si vna illarū in qua sunt infinite auferaꝯ. remanēt infinite. ita ꝙ sunt ibi infinities infinite. sic in ꝓposito. ¶Sed cōtra. quia si sic. semp deus vltra omnē multitudinē pōt facere plures. ¶Dico ꝙ in tali multitudine nō habet locum hoc signū omis ¶Dico tamē ꝫnter ad ꝓdicta. ꝙ deus infinitas multitudines pōt facere scz infinities. sicut ptz in cōtinuo. ¶Sed hic sunt diffi. ¶Prima est ꝙ

cum maior sit pfectio in pluribus animab⁹ q̄z in vna.ita in infinitis q̄z finitis .ergo in infinitis est infinita pfectio intensiue.sed illa pfectio infinita est qua aliquid maius cogitari nō potest ꝛ hoc est idem q deus.ergo ꝛc̄. ¶Dico q ista infinitas pfectionis est infinitas ſm q̄d.quia in finito genere.ꝛ in limitata specie ſm gradus in diuisibiles.ꝛ non est sicut dei infinitas que est trāscēdēs ꝛ totaliter alterius rōnis ab ista infinitate. ¶2ª diffi.est.si in ista multitudine infinita sūt infinite spēs numeroꝝ. ¶Dico q sic.ꝛ iō quoscūq; vltra faceret deus.nō distingueren nisi numeraliter ab istis.ꝛ vltra spēz numeri h̄ ꝓtentaz deus non potest facere nisi indiuidua. ¶3ª diffi.qr ois spēs que est subiectiua ps multitudinis.videtur finita.sed ista singularis multitudo cōtinetur sub multitudine vt ps subiectiua.ergo ꝛc̄. ¶Dico.quādo multitudo diuiditur p finitū ꝛ infinitū.sub finita cadunt spēs numeri infinite . Sub infinita autem sola vna ps subiectiua.q̄ nō est ꝑprie spēs.sicut in ente diuiso p finitū ꝛ infinitū.solus deus cadit sb infinito. Licz ergo infinite species numeri sint sb finita multitudine.non tamē multitudo ipsaꝝ speciez infinitaꝝ. ¶4ª diffi.qr videtur q posita illa infinita multitudine.q oporteat ponere in vno ptículari subiecto infinita actu accidentia. cum qlibet indiuiduū ad qlibet habeat respectum silitudinis ꝛ distinctiōis. ¶Dico q isti respect⁹ non multū onerant.oportet eni ponere i quolibet indiuiduo vniuersi ad oia alia multos respectus.imo in vno ꝓtinuo vidētur infiniti respect⁹ infinitatis.qui tamē destruūt p vnicam diuisionē. Sic ergo dico.q nō est inconueniēs q talia multa ponant. Sed quō infinitū est extra cui⁹ q̄titatem semp est aliq̄d accipere extra. ¶Dico q illa ē diffinitio quo ad intellectum nostrū.cui accipiēti q̄tācunq; multitudinē.semp ꝓtingit accipe extra .qr nunq; accipit nisi multitudinē finitam ꝛ non infinitam. ¶Ad tuz ad 2ᵐ ꝑncipale videndū est .si deus pōt facere infinitā magnitudinē actu. ¶Dicūt aliqui q non.qr de rōne infiniti est. q sit i actu ꝑmixto cum potētia .ꝛ p ꝓns sibi repugnat eē in actu sine potētia . ¶Sed contra arguo quadruplicit. ¶Primo sic. ſm q potuit infinitam multitudinē actu deus pōt creare simul. ¶Donamus q creet infinitas guttas aque . et eas pōt ꝓiungere.ergo infinitā aquam creare. ¶2° sic. In re finita nō est possibilis ꝓcessus in infinitū si ergo deus nō pōt infinitā multitudinē simul creare.erit aliquā dare multitudinē vltra quā deus nihil poterit creare simul. hoc est falsum qr tūc in re finita eēt possibilis ꝓcessus i infinitū.nam q̄tūcūq; deus creat.adhuc minora pōt creare.ꝛ non est eēntialiter impossibile.si solus finitus posset crearet. ¶3°.qr illa q̄dtas que ē vltra oēm finitam est infinita.sed illa magnitudo quam de⁹ vltimate pōt simul facere.ē vltra omnē finitā.ergo est infinita ¶Probatio minoris.quia vltra omnē magnitudinē finitā quaz deus creat pōt minorē creare.ergo illa que oēs excedit ē infinita. ¶4° silogismo diuisio Aut illa quā deus vltimate pōt ꝓducere est finita vel infinita. Si finita h̄ intentū. Si infinita habeō est impossibile . quia eodem modo eēt status i quocūq; alio gradu.cum sit eiusdē rōnis Ideo videtur aliquib⁹ eē dicendū.q deus magnitudinem actualiter infinitā pōt ꝓducere ꝛ simul creare.qr nullus effect⁹ negādus est possibilis a potentia diuina .nisi manifestā repugnantiā includat. ¶Sed ꝓtra arguo q̄druplicit. ¶Primo sic.nam illa magnitudo cōstat ex ptib⁹ aliquotis finitis aut infinitis.si finitis.ergo infinitum esset ex infinitis Si dicas q ex infinitis.tūc infinitū esset maius infinitis. ¶2°. vbicūq; ē cōtinuū.ibi est pars ꝛ pars.qr cōtinuū est diuisibile in ptes.sed ipa magnitudo eēt ꝓtinua .ergo in ipa essent ptes.ꝛ sic ps eēt in infinito.qd est impossibile.qr semp totius ad ptem est aliqua ꝓportio . ¶3° sic. omne corpus est figuratum.sed illud non posset esse figuratū .ergo nō esset corp⁹. ¶4°.qr ꝑpria passio corporis ē mobilitas.sed corpus illud esset imobile.qr extra ipm nihil eēt.ergo ꝛc̄. ¶Ad primū dico. q illū corp⁹ nō haberet ptes aliquotas . ¶Et similiter ad 2ᵐ.q nō haberet partes.de rōne eni corporis finiti est habere ptes et partes aliquotas. ¶Sed Rationi autē infiniti repugnat vtrūq;. ¶Sed nunq̄d in infinito sūt ptes. Dico q semp pars est respectu totius.si ergo itelligatur q aliqua pars sit in isto infinito.ita q infinitū sit totum respectu istius ptis . sic dico q nihil est in isto cōtinuo qō sit pars. Si autē intelligat ps non illius infiniti.sed alicuius certe q̄titatis accepte in isto infinito. Sic dico q multa sūt q̄bus ꝓuenit esse ptem.qr ibi etiam sunt multa tota. ¶Ad 3ᵐ dico q illud corpus nō esset figuratus ꝛ per ꝓns non esset diuisibile.ille eni sunt passiones q̄titatis finite. ¶Ad 4ᵐ dico: q ex natura sua eēt mobile.ꝛ quodlibet ipius eēt mobile.ipm aūt rōne infinitatis non ¶Sed hic sunt aliqua dubia ¶Primū. vtrū deus tale corpus posset diuidere. Et videtur q non.qr diuisio ē in partes diuisi.sed istud non habet ptes. Dico q deus non posset illud infinitū diuidere in ptes suas.qr nullas habet.sed bñ in ptes alterius q̄titatis.in eo determiate creando vnam nouam supficiem i aliqua cōtinuitatis acceptione ¶Sed eēt ne in loco. ¶Dico q eēt ꝑns deo

bene. sed non eēt in loco. qz mobilitas z visibili
tas z figuralitas sūt passiones corpis finiti. qz
istud corpus nō habet superficiē nec colorem. tñ
eēt vbiq; sm assistentiā. ¶ 2m dubiū est. vtz cre
ata aqua infinita. deo vltra illā posset aliā crea
re. ¶ Dicūt aliqui q; non. qz tunc nulla aq̄ esset
adequata in actu. ¶ Contra. qz certum ē q; pos
set illius aque adnihilare vnā guttam. z tamē
adhuc remaneret infinita. z postea illam eādē
guttam repare. Ideo dico. q; vltra omnē illaz
aquam deus pōt aliam aquam creare. sicut fu
it dictuz de multitudine infinita. ¶ 3a diffi. vtz
creata infinita aqua posset infinitam aliā aquā
creare. Dico q; sic. qz posset aliā infinitā creare
z adhuc maiorem. z sic infinitā. sicut fuit argu
mentū de pma aqua infinita. ¶ 4a diffi. si creatī
infinities infinitis. q̄tum deus pōt simul si ha
bet statum. ita q; vltra non possit addere. ¶ Di
co q; nō. qz eadē rōne habuisset statū in semel i
finita. cū infinities infinitū non excedat simpli
citer semel infinitū. ¶ Sed remanet diffi. si deo
posset indiuiduū cōtinuū simul diuidere i infi
nitas ptes. ¶ Dico q; non. qz ptes infinite cōti
nui non sūt inmediate. sicut si eēt simul infinita
multitudo aut magnitudo. in q̄bus facit deus
infinitas ptes in actu. diuisio autē ꝓtinui pce
dit in infinituz. ordinate ꝓueniēdo a maioribꝰ
ptibus ad minores. z ideo illud infinitū est suc
cessiuū. ¶ Q̄tum ad 3m pncipale videndū est.
vtrū deus possit aliquid intēsiue infinitū crea
re actualiter. ¶ Ad declarationē autē ptis affir
matiue istius q̄ttuoz sunt notanda. que pñt ha
beri ex pmissis ¶ Primū est. q; deus pōt infini
tas animas simul in actu creare. vt patuit ex p̄
mo articulo. ¶ 2m est. q; in singulis aiabus pōt
charitatē infūdere. qz infinitas non magis re
pugnat charitatibꝰ q̄ animabꝰ simul. ¶ 3m est.
q; charitates ipe possunt ab aiabꝰ separi a deo
qz forme quāto sunt nobiliores: tanto minꝰ de
pendēt a materia. z p ꝯns pñt facilius separi.
Et ideo cum gra sit nobilior accidētibꝰ sensibi
libꝰ. videt q; sit magis sepabilis a sbo. ¶ 4m ē.
q; charitates sepate a sbo possunt oēs vniri. qz
quecūq; sūt eiusdem rōnis sūt eq̄liter vnibilia
cū vnitas sit p se passio corū sic naturalis apti
tudo. ¶ Istis pmissis. patet p quem modū pos
set deus facere infinitā charitatez intensiue. qz
ex infinitis gradibus infinita intēsio cōstat vel
charitas infinita intensiue. Aliter tamē decla
rent eaz Artiste. supposito enī scdo articulo. q;
sit infinita magnitudo. in infinita magnitudie
non pōt esse vtus finita. ergo necessario infini
ta vtus est intēsiue. ergo zc. ¶ Sed ctra. tale i
finitū intensiue eēt equale deo. cum deus sit in
finitꝰ intēsiue. ¶ 2o. qz tale accns infinituz eēt p
fectius sba. cum sba sit finita intēsiue. ¶ 3o. quia
cum oēs aie sint eiusdē rōnis. posset deus vnā
aiam infinitā creare. ¶ 4o. qz tunc gra que est i
xpo. non esset sūma creabilis. ¶ Ad primuz dī
co. q; illa infinitas est solum sm q̄d. Ista enī i
finitas claudit z limitat ad aliqd determiatuz
genus. non sic de infinitate dei ¶ Ad 2m dico q;
infiniti asini non valent vnū hominē. nec infini
ti gradus coloris vnum gradū charitatis. nec
infinita charitas finitam substātiā. ¶ Ad 3m dī
coz q; si anime haberēt gradus distinctos reali
ter eiusdē rōnis. idem sequeret. sed non habēt
¶ Ad 4m dico q; gra xpi est sūma inter que aie
possunt infundi. sed que pñt creari separate non
¶ Q̄tum ad 4m principale videndū est de infi
nitate durationis. si dubiū sit de duratiōe suc
cessiua. tunc patet q̄d sit dicēdū. qz illud deus
non pōt simul creare. qz habet ptes repugnan
tes. huiusmodi ē cē successiuū. ergo zc. ¶ Sed
si queras de duratiōe simultanea. vtz deo po
terit talem durationez infinitam creare. Dicit
q; nō. qz infinita duratio nō pōt habere termi
nū. sed deus nihil pōt facere q̄n postea possit il
lud adnihilare. ergo zc. ¶ Ꝺ. deo nō pōt aliq̄d
nunc creare qđ non habeat sue durationis p̄nci
piū. sed infinite durationi repugnat hr̄e p̄ncipi
um. ergo deus nō pōt infinitam durationē cre
are. Ad rōnem in oppositū patet ¶ Sed ꝟ sunt
duo dubia. q̄tum ad rōnem potentie diuine.
¶ Primū est. si deus possit facere mundū anti
quiorem. ¶ Hoc dubiū pōt habere duplicem i
tellectū. vel q; intelligat q̄tuz ad eē materiale
vniuersi: z sic nulli dubiū debet eē. qz omnem
sbam quā deo creauit. potuit ante creasse. ¶ Si
aūt dubiuz querat formaliter q̄tum ad oia. tā
absoluta q̄ relatiua. ita q; q̄cq̄d creauit i mun
do potuit ante creasse. Sic apparet mihi dicen
dum q; non. ¶ Hoc autē ꝓbo sic. Primo. quia
impossibile est ꝯtradictoria de eodē verificari
sed si deus nō produxisset mūdū qñ produxit. sed
ante q̄tum ad oia. tunc fuisset idem respectus
p̄sentialitatis q̄ fuit qñ deus creauit. z sic ꝯdi
ctoria. qz creasset mundū qñ non creauit. qz in
eodem qñ. ¶ Si dicas. q; non fuisset idez respe
ctus. tūc habeō ꝓpositū. q; scz q̄tum ad oia tā
absoluta q̄ respectiua deo nō potuisset p̄us cre
asse q̄ creauit. ¶ 2o. qz respectus dispantie sem
per arguit diuersitatē. sed p̄us et posteri sunt
respectu dispantie. q̄ optet q; inter p̄us q̄ deo cre
asset mundus. z posteri in quo nūc creauit eēt
varietas. z p ꝯns oēm respectū nō creasset añ.
¶ 3o. qz incōpossibilia simul creari non pñt. sed
p̄us in quo mundus fuisset creatus. z posteri in
quo nūc fuit creatus sunt incōpossibilia. sicut
patet. ergo cum tunc fuisset creatum illud pri

istud posterius non potuisset tunc creari. ¶ 4° qz aut in eodem nunc fuisset creatus mundus aut in alio ⁊ alio. Si in eodem. ergo non prius Si in alio ⁊ alio. ⁊ duo nūc non possunt simul creari. ergo ⁊c. Ideo apparet mihi. q intelligēdo p mundū omia que sunt in mundo tā absoluta q̄ respectiua. deus nō potuit creare mundum antiquiorē. nec simpliciter anteq̄ creauit Et de hoc alis. ¶ 2ª diffi. vtrum deus potuit facere mundū meliorē q̄ sit. ¶ Hic oportet distinguere sicut in dubio p̄cedenti. quia illa melioritas p̄t intelligi duplicit. vel melioritas absoluta. que est p̄m vniuscuiusq̄ ſbam. Alia scz melioritas respectiua que est i cōpatiōe ad determinatū agens vel obiectū. ¶ Primo modo mus ē melior pane. qz corp⁹ animatuz melius est corpe non aīato. ¶ 2° mō panis ē melior mure. qz in cōpatione ad vitam humanaz panis ē melior. qz nutrit hoiem ¶ Si p̄mo modo intelligas. sic dico. q deus potuisset mundū meliorē creasse. qz omes stellas potuit facere angelos. Si aūt scdo mō inq̄tuz bonitas p̄sistit in ordine rerū in vniuerso dicendū est q non. ⁊ ita dicit Aug⁹ q qlibet p se bonum est. ꝑ tamē omnia bona simul. valde bona. Et ideo magis cōsistit decor vniuersi in varietate reruz q̄ si omnia essent vnius nature ⁊ substātie. quia sic nō esset ordo ⁊c.

Distinctio. 44. ⁊. 45. // Questio. I.

Qrca distinctionem. xliij. ⁊. xlv. in q̄bus tractat d voluntate. quero vtruz volūtas diuina sit p̄ma regula oiuz p̄tingentiū. q nō. qz p̄s. omia in sapia fecisti. sed sapia p̄tinet ad intellectum ¶ Cōtra. in p̄s. omia quecūq̄ voluit de⁹ fecit. ¶ Hic sūt q̄ttuor modi dicendi. ¶ Primus est. q essentia diuina ē prima regula oiuz tam necessariorz q̄ p̄tingentiū. quia ipa est primū obiectum intellectus diuini. in quo oia relucent ita q nulla potentia in ipam intendens p̄t obliquari. Alij dicūt q prima regula tā necessariorū q̄ p̄tingentiū est diuina intelligētia qz sicut volūtas nostra regulatur ab intellectu nostro practico. ipm in agētibus dirigēdo. ita in deo. Sic enī diuina intelligētia cognoscit eē facienda. ita voluntas diuina exequit. Alij dicunt. q omniū tam necessariorz q̄ p̄tingentiuz voluntas diuina est p̄ma regla ad extra. quia p̄m Aug⁹. de trini. diuina volūtas est omniū q̄ fiunt prima ⁊ sūma causa. sed p̄ma causa videtur esse prima regula. ergo ⁊c. ¶ Alij dicūt. q intellectus informatus habitib⁹ intellectualib⁹. qz eius vt sic est informatus. ppzie est dirigere. sed ad regulā p̄tinet dirigere. ergo ⁊c. ¶ Sz nullus istorū modorz stare p̄t. ¶ Primo⁹ nō. qz obiectū in cōpatione ad potentiā nō habet rationē regulātis. sicut nec bonū agibile i moralibus dicit regula actuorz habituū. ꝑ prudētia. ¶ Nec scdo. qz cū intellect⁹ diuinus reguletnecessario, ex se quicq̄d regulat. eo q potētia mere naturalis ⁊ natura sit semp ad vnū determinata. sequeret q nulla res posset aliter fieri q̄ fiat. cū tamē p̄tingat fieri idez pluribus modis ¶ Nec tertio. qz obiecta necessaria ⁊ p̄tingētia p̄ius cognoscunt a deo q̄ possūt apeti. vt alibi ptz ⁊ in illo p̄ioi eoz p̄cipit certitudo. ⁊ sic a volūtate sequēte nō p̄mo regulat. ¶ Nec q̄ntus. qz sicut intellect⁹ ex se mere agit naturaliter qz sicut intelllect⁹ ex se mere agit naturaliter determinat ad vnuz. sic intellect⁹ informat⁹ q̄cunq̄ habitu intellectuali. ¶ Jōo dicit doc. nr aliter. q volūtas diuina ē regula oiuz p̄tingentiū p̄cise. necessaria autē aliūde regulāt ¶ Hoc aūt p̄firmo q̄drupliciter ¶ Primo sic. Ois alia regla a volūtate diuina ē mere necessaria ⁊ naturaliter regulās. si ergo aliq̄d aliud a volūtate regularet. mere necessario regularet. ⁊ sic impossibile eēt eam aliter regulari Istud autē est falsum. imo qđ vno tēpore est regulatū. in alio tēpore est irregulatū. sicut patet de circūcisiōe in veteri testamēto. ¶ 2° sic. illa potētia que ab aliquo regulatur. si ab eo deuiet obliqua est. si ergo voluntas diuina regulatur ab intellectu vel ab aliquo alio necessario regulāte. cū omne tale necessario determinat ad partem alteram cōtradictionis quādo sit obliqua. sed hoc ē falsum. videmus enī q volūtas recte p̄t in vtrāq̄ ptem p̄tradictiōis. ¶ Cōfirmatur. qz volūtas diuina dicit esse inobliquabilis. ergo ⁊c. ¶ 3°. qz aliqua sunt p̄hibita qz mala. Aliq̄ autē ideo mala qz p̄hibita. si ergo in istis fiat resolutio ad volūtatē. habeat intentū. Si ad aliq̄d aliud vt ad intellectū. cum necessario itelligat talia. necessario essent mala. non qz p̄hibita tm. ¶ 4°. qz aliqua sunt bona qz p̄cepta Alia ido p̄cepta qz bona. si ergo fiat resolutio ad voluntatem habeat intentū. si ad intellectū. cuz necessario itelligit. oia erūt necessario bona ex se. ¶ Sz p̄tra instat q̄drupliciter ¶ Primo sic. Ois p̄udētia est regulatiua suoz actuū sequētiū actū volūtatis. cū sit recta rō agibiliū. ꝑ in deo ē formaliter p̄udētia que p̄tinet ad intellectū. cum ibi sit ars que est inferior ea. ergo ⁊c. ¶ 2°. ars ē p̄ma regula factibiliuz. sed deus agit p modū artis. p̄m Aug⁹. in mono. g. ¶ 3°. qz ois electio p̄supponit actum intellectus regulātis. sed deus agit p electionez. ergo ⁊c. ¶ 4°. qz ois cōpatio volūtatis vt cōpatur ad extra ē praxis. sed ois praxis p̄exigit actū intellectus regulātis. ꝑ ⁊c

¶Ad primū ꝓcedo q̄ prudētia est in intellectu diuino. sed tamē intelligendū est de prudentia dei q̄tum ad ꝓtingentia. qz ipa est i intellectu post q̄ volūtas est determiata circa ea. Unde post determiationē voluntatis sequitur actus intellectus fm determinationē volūtatis. ⁊ eti am prudentia. Et si dicas: q̄ tūc prudētia erit ⁊ nihil erit p prudentiā regulatū. cum tamē ꝫ fit cōtra rationē prudentie. ¶Dico q̄ ꝫ volūtas non regulet q̄tum ad ꝓtingentia. sed sit p̄ma regula. tamē potētia executiua regulatur. cuius actum p̄cedit prudētia illa. ¶Sed nūqd prudētia aliquē actuz habet circa incōmutabi lia. ¶Dico q̄ si ponat q̄ sic. tunc oportet dicere q̄ prudētia regulat in p̄ceptis p̄me tabule. vel soluz vt sequit determinationē volūtat. ¶Pōt dici. q̄ circa p̄cepta p̄me tabule in priori ante actū voluntatis. in p̄ceptis scōe tabule est posterior. Et de hoc alias. ¶Ad 2m de arte eodez modo dicendū est. Ars enī non regulat voluntatem. sed seq̄tur determinationē voluntat. regulat tamē potentiā executiuaz. Nisi forte dicatur q̄ factibilia vt sic fiant. sunt necessaria. ⁊ tunc esset regula volūtatis. ¶Ad 3m de electione dico. q̄ executionē electiōis pōt ratio regulare. ⁊ ista aliquādo accipit p electione scz voluntatis vt cōparatur ad extra. tamen electio vt est determiatio voluntatis diuine. sic dico q̄ p̄cedit rōnez. ¶Ad 4m dico q̄ praxis est regulabilis ab intellectu sequēte actuz volūtatis. loquēdo ō praxi que ē ꝓtingentiū. sed de illa que est necessarioꝝ. illa regulat p intellectū p̄cedentē omnem actum volūtatis. ¶Sed hic sunt diffi. ¶Prima. qz si non est aliqua ratio illoꝝ q̄ fiūt. Quare Anſ. ⁊ alij sancti inuestigāt rōnem eorum que fiunt. vtpote de incarnatione ⁊ alijs. ¶Dico q̄ alibi Aug⁹ dicit q̄ illoꝝ que fiunt habere a voluntate diuina. non est querenda causa Unde quādo ipi querūt causam incarnationis. non q̄runt nisi quo ad nos. simpl̄r autē aliter fieri potuisset. Deus de⁹ aliter facere potuisset redēptionē humani generi q̄ fecerit. vt patet tz⁹ ō trini. ¶2a diffi. si fuisset aliter factū. quā rōnem redderemus. ¶Dico q̄ vbi apparet congens ratio aliter fieri non potuisset. sed tamen vbi ratio non est cogēs. aliter fieri potuisset. et tūc cōgruitates adducerent. ¶3a diffi. est quia fm Anſ. de casu diaboli. omīs voluntas sicut habet q̄d. ita habet cur. sed illud cur accipitur a rōne regulāte. ¶Dico q̄ forte intentio ei⁹ est applicare illam regulā ad sola creata. Uel si ad diuina. tunc oportet dicere. q̄ voluntas vt exequēs regulat. ⁊ habet cur in prudētia sequēte actum diuinū volendi. ¶Sed tunc sequitur eque magis diffi. si voluntas diuina opposituz huius q̄ nūc est determinasset. ratio que redditur a sanctis huius determinationis iā facte que accipitur a prudētia sequēte voluntatē nō valuisset. ¶Dico q̄ in cōtingentib⁹ est potētia ad oppositа in sensu diuisionis. non in sensu cōpositionis. ⁊ ideo rōnes vel cōgruitates sic dictum est cōcurrerent. ¶4a diffi. est. qz si de⁹ oppositа eoꝝ que ordinauit ordinasset. tota potētia que est tota prudētia que est de ordinatis a deo. fuisset ad oppositа. ⁊ tamē ita dissonarent intellectui nostro sicut nunc dissonant. cum eiꝰ determinatio eēt nobis ignota. ¶Dico sicut dictum est. q̄ illa que oīno intellectui vere intelligenti dissonāt. videl necessario sic a diuina ratione regulata. ¶Ad argumentū patet.

Questio II.

Utrum diuina voluntas possit aliquid ꝓtra p̄iudicatuz a rōne. q̄ sic. qz aliqd potest de potētia absoluta qō non pōt de potentia ordinata. ¶Cōtra videtur q̄ si sic esset. tūc irrationabiliter faceret. ¶Hic introducuntur q̄ttuoꝝ ꝓclusiones. ¶Prima est. q̄ non pōt cōtra p̄iudicatum ab intellectu diuino. cōpante bonū simpliciter ad malū simplicit. ¶2a est. q̄ pōt cōtra p̄iudicatum vt intellectꝰ cōpat bonum ad melius. ¶3a est. q̄ voluntas diuina pōt p̄ter p̄iudicatum a rōne. ¶4a est. q̄ pōt cōtra p̄iudicatum iudicio rōnis sequēte actū voluntatis. ¶Prima cōclusio ꝓbatur sic. Nam si intellectus diuinus iudicet. q̄ bonū est diligere deū. ⁊ malum est odire. tunc voluntas non pōt in oppositū. qz tunc eēt obliqua. Nam ois potentia que non est cōformis iudicio recto. ē obliqua. talis eēt volūtas. ergo ⁊c. ¶Cōfirmatur. qz quādocūq̄ intellectus diuinus iudicat hoc eē malū simplicit. ⁊ hoc eē bonum simpl̄r. illud necessario iudicat. sed i iudicio necessario intellectus ē regula volūtatis. vt prius ostensum est. ergo cōpante bonum simplicit ad malum simplicit. voluntas non pōt ꝓtra p̄iudicatū. ¶2a ꝓclusio p̄t cōpando bonuz ad melioꝝ. declarat. Nō ē necessariū q̄ elemēta sint ordiata sicut sūt. sed pōt fieri ecōuerso. ⁊ tñ demonstramus q̄ melioꝝ ē q̄ ita sint scz q̄ aer sit sb̄ igne. qz intellectꝰ diuinus hoc iudicat. Similiter in corporibus supioꝝib⁹ demonstrabile ē. q̄ sol potuisset fuisse quadratus. qz ptes eius sunt eiusdez rationis. ergo nulli parti ei⁹ repugnat eē in oppositum alteri in directa linea. ⁊ tamē demonstrabile est q̄ hoc sit melius scz q̄ figure rotūde et sperice ¶3a ꝓclusio deus p̄t aliud p̄ter p̄iudicatum a rōne. ꝓbatur sic. volūtas enī diuīa poꝛdinauit vnum ad beatitudinē ⁊ non aliū. i ista determinatione nō occurrit ratio intellectui diuino. quare hunc ⁊ non illuz. qz tunc eēt gra. g

videtur q voluntas possit preter ꝑiudicatum ¶ ꝑ. si daretur causa .non esset ratio magis de causa illa q̄ de ista. ⁊ ita quereret ō causa. ⁊ sic in infinitū. ¶ Similiter de pena dāni nō potest assignari causa . lz de pena sensus bene posset. ¶ 4ª cōclusio q diuina voluntas pōt contra ꝑiudicatum a rōne sequēte. ꝓbatur. quia voluntas ꝓtingenter se determiat . ⁊ ita se determiat q pōt in oppositū. Unde sicut ista ꝓtingenter in determinatione volūtatis stat. antixps erit ita pōt in oppositū velle. ⁊ tūc ratio sequēs voluntatis determinationē. oppositū iudicabit. Sed tamē illa ꝓclusio ē intelligēda i sensu diuisionis. sed i sensu cōpositiōis est falsa. ¶ Lz cōtra ista arguo. ¶ Primo ꝓtra p̄mā ꝓclusionem qz intellectus p̄cedit volūtatē in necessarijs. et est ei⁹ regula. ꝑ in moralib⁹ est regula. q ois bonus est p̄miandus. ⁊ tamē voluntas pōt in oppositum ¶ Cōtra scdam sic. volūtas q̄ pōt i melius ⁊ non vult. non videtur optima. ¶ Ad primū dico. q volūtas diuina pōt in oppositū de potentia absoluta. sed tamē q aliquid sic fiat ē cōtingens. q autē hoc sit melius . illud ē necessarium. ¶ Ad 2m dico q meli⁹ faceret ꝑm regulas naturales. sed in ordine ad volūtatē sic determinatā . sic debet. Nam melius est sic fieri sicut actus baptizandi melior est i ordine ad voluntatē diuinā q̄ dare elemosynā. sed in se dare elemosynā est melius. ¶ Sed ꝟ occurrūt alique diffi. Prima est. si ex volūtate diuina possumus cōcludere talem indifferentiā in volūtate nostra in apetitu sensitiuo ¶ patet q non. qz non pōt in oppositū vt patz in brutis ꝓtra iudicium sensus. Eodē modo dicūt aliqui de volūtate nostra. q si ponunt duo bona eqlia vl nō equalia. si vnū eoz ꝑ intellectuz melius ꝑiudicetur. Dicūt q voluntas noster nō pōt in oppositum. sed tamē ō hoc alias. saltē q̄tū ad ꝓpositum spectat. totuz oppositum ē in itellectu diuino. Et ex hoc videtur. cum voluntas nostra min⁹ sit ꝓiuncta rōni q̄ voluntas diuina. si volūtas diuina pōt aliquid sine aliquo dictamine rōnis. imo pōt in illō ferri qō intellect⁹ diuin⁹ iudicat minus bonū. multo magis volūtas nostra. Unde dicūt: q volūtas nostra nō pōt aliquid. nisi sit p̄determiatū a rōne . Et si esurias ad mortē. ꝓpositis tibi tribus panib⁹. non poteris aliquē eligere. nisi ratio determiet mozieris fame. ⁊ iuste. Non intelligo ista dicta. saltē in voluntate diuina nō possunt hoc dicere. q̄n ꝓpositis sibi duobus oino equalib⁹. vnum p̄destinet ⁊ alium dimittat. nec est ibi aliqua determinatio a rōne. ergo videt q voluntas aliqua poterit in non ꝑiudicatum a rōne. ⁊ etiam ꝓtra ꝑiudicatum. vt scz melius dimittat ⁊ minus bonum eligat. Eodē modo videtur q possit esse in nobis. De hoc alꝫs. ¶ Ad argumentū patet.

Questio. III.

Utrum voluntas signi ⁊ beneplaciti in deo distinguant. q non. quia vtraq; p̄tinet ad potentiā ordinatā ¶ Cōtra. qz voluntas beneplaciti semp impletur. nō tamē voluntas signi. ergo ⁊c. ¶ Hic sūt q̄tuor videnda. ¶ Primū est de distinctiōe signi ⁊ beneplaciti. ¶ 2m est de distinctōe voluntatis antecedē ⁊ ꝓsequētis. ¶ 3m est de distinctiōe volūtatis agētis ⁊ possibilis. ¶ 4m est de distinctione volūtatis practice ⁊ speculatiue. ¶ Circa primū est sciendū. q voluntas bñplaciti dicit⁹ volūtas dei efficax respectu cuiuscūq; effect⁹ producibilis vel pducti. Sed volūtas signi ē volūtas dei non efficax respectu eorūdē. Exēplū si rex aliq̄s vult efficaciter aliquid. sicut est illō ad qō conatur ꝑ posse implendū . vult aūt nō efficaciter. sed voluntate signi illa de q̄bus dat statuta ⁊ leges. Et ideo dicit q volūtas bñplaciti diuini semp impletur. quia ē efficax. ⁊ nullus pōt ei resistere. teste apl̄o. Voluntati eius q̄s resistet. volūtas vero signi non semp impletur. qz non est efficax. vt patet . nam sepe leges trāsgrediunt. Et sic patet quid sunt. ¶ Nūc videndū est. vtrū distinguātur. Et q̄tuz ad hoc dico. q ꝑ omnē viam ꝑ quam pōt ꝓbari q potentia absoluta ⁊ ordinata differāt eadem via pōt ꝓbari q voluntas signi ⁊ beneplaciti differunt. Nam volūtas bñplaciti semp impletur. non tamē voluntas signi. ⁊ sic de multis ꝓtra dictionib⁹. ex q̄bus sufficiēter cōcludit distinctio. ¶ Sed cōtra sunt diffi. ¶ Prima diffi. est si ista distinctio sit oino eadē cum illa de potētia ordinata ⁊ absoluta. ¶ Dico q non. qz tam voluntas signi q̄ volūtas bñplaciti respiciūt potentiā ordinatā. quia respectu eorum que sunt possibilia absolute. deus nullū habet velle. de multis intelligēdo. ¶ 2ª diffi. si est eadem distinctio cum illa de volūtate cōditionata ⁊ absoluta. ¶ Dico q videtur eadem. quia volūtas cōditionata videtur volūtas signi ⁊ antecedens qz vult q̄tum est ex se omnib⁹ bonū vel oibus bene velle. si seruēt eius mādata. Volūtas absoluta videtur beneplaciti ⁊ ꝓñs ad volūtatē signi scz pmissio ⁊ impletio ad bñplaciti volūtatem. cum sit velle efficax. ¶ 3ª diffi. est. que sūt signa voluntatis diuini. ¶ Dico q plura ponūtur scz p̄ceptuz eius. ꝓhibitio. ꝓsiliū. monitio. cōminatio. punitio. remuneratio. ¶ Alia duo ponūt que ptinēt ad voluntatē signi. scz pmissio ⁊ impletio ad min⁹ scōm. cū sit velle efficax. ¶ 4ª diffi. si diuina pmissio sit actus volūtatis positiuus. ¶ Dico q sicut in nob̄ ē duplex act⁹

Unus q̄ est velle efficax. qui pficit rem cuz po
test. ⁊ non efficax. qui non pficit. Ita ē nolle ef
ficax qđ ꝓhibet cum pōt. ⁊ non efficax. qđ non
ꝓhibet sed ꝑmittit. Eodem modo dicendū ē i
deo suo modo. ¶ Sed diffi. est: vtrū ꝑmissio sit
actus. ¶ Dicūt aliqui q̄ solū est negatio actus
qz ꝑmittere non ē nisi nō ꝓhibere. ¶ Alij dicūt
q̄ est actꝰ positiuꝰ. quia nullus pōt peccare ni
si volūtas dei cōcurrat. sed nō cōcurrit nisi ad
actum positiuū. ¶ Potest ergo dici. q̄ ꝑmissio
est actus positiuus cuz circūstantia. si circūstā
tia sit defectus. tunc deus ad positiuū actꝰ con
currit. ⁊ nō ad defōrmitatē. ⁊ sic non ad pecca
tum. Eodem enī modo dicendū est ꝺ illo actu
volendi. sicut de adulterio vel alīs actibꝰ ma
lis. ¶ Quātum ad 2m videndū est de distinctione
inter volūtatē antecedētē ⁊ ꝯsequētē. Et q̄tū
ad hoc dico q̄ voluntas antecedēs ꝺr vt refer
tur sup regulas iusticie legalis i vniūsali. Vo
luntas vero ꝯsequens ꝺr illa. vt fertur sup hu
iusmodi regulas in ꝑticulari ⁊ efficiētis. De ꝑ
ma dicit apls. q̄ vult oīes hoies saluos fieri.
hoc est q̄tum est de se. nunq̄ dānationē velle
Voluntate aūt ꝯsequēte. qz talis peccat. vult
ꝯsequēter eū punire vltione efficaci. ⁊ ista sem
per implet. ¶ Quātum ad 3m videndū est quomo
do distinguūtur in deo voluntas agēs ⁊ possi
bilis. ¶ Hic sciendū q̄ intellectus agens ponit
nō solum ꝓpter fantasmata. sicut aliqui dicūt
sed idez non pōt esse actiuū ⁊ passiuū. ⁊ qz actꝰ
causat ⁊ recipit. ideo oportet ponere distincti
onem. ¶ Eodē mō apparet mihi q̄ sit distinguē
dū ex pte volūtatis potentiale ⁊ actuale. Po
tētiale vt receptiuū volutiōis. Actuale vt ꝓ
ductiuū. Nec pono duas potētias. ꝑ duas ra
tiones formales ciusdē potentie realit. Quz
ad diuina oportet ponere vtrūq̄. abstrahēdo
hr̄e a recipe. ita q̄ in ista ē sapia ⁊ ars. et hmōi
ꝑfectiones. Dictū etiā fuit. q̄ intellectus agēs
est ibi vt ꝓductiuū verbi. Eodē modo dico ex
pte voluntatis. Est enī ibi inuenire voluntatē
in qua est iusticia legalis formaliter. ⁊ ipse actꝰ
volendi diuinꝰ. ⁊ fm hoc ē ibi volūtas possibi
lis. ¶ 2o est ibi volūtas ꝓductiua spūssancti. et
sic voluntas agens. Eodem modo i creatis di
co ex pte sensus. qz oportet ponere sensū agen
tem. inq̄tum sensus est ꝓductiuꝰ visionis. ⁊ ꝫ
oportet. qz aliq̄ actus videndi est nobilior ob
iecto. ergo optet q̄ ab alio depēdeat in genere
cause efficiētis q̄ ab obiecto. sic qz sensus ē re
ceptiuꝰ visionis. Oportet etiaz ibi ponere sen
sū possibilē. ⁊ sic potētiā sensitiuā. ⁊ oēm aliaz
ꝓductiuā sui actꝰ. ⁊ receptiuā optet distinguē
i agētē ⁊ possibilē. nō vt i duas potentias. sed
vt in duos respectus formales ciusdē potētie.

Quātum ad 4m videduz ē de volūtate ꝓactica
⁊ speculatiua. ¶ Hic ē intelligēdū. q̄ aliquādo
ꝓaxis accipit ꝑ opatiōe alterioꝰ potētie ab itel
lectu. ⁊ sic nūq̄ ē dare volūtatē ꝓacticā ⁊ spe
culatiuā. sicut itellectū ꝓacticū ⁊ speculatiuū.
sed ille itellectus ē speculatiuꝰ qui est gratia sui
Ille ꝓacticus qui est gr̄a alterius. In volun
tate autē ista distinctio non habet locū. Uez ē
tñ q̄ actus fruēdi ē sui gr̄a. actus autē vtendi ē
gratia alterius. Qz tñ ꝓpter hoc nō optet po
nere talez distinctionē. qz oīes tales actus vo
luntatis sunt ꝓaxes q̄daz. Iz aliqui sint ꝓpt̄ se
aliqui nō. Si vero accipitur ꝓacticū qđ extē
ditur ad posteriꝰ. siue sit eiusdē potētie. siue sit
alteriꝰ diceret tunc q̄ oīe qđ eēt sui gr̄a esset
speculatiuū. quod aūt nō. esset ꝓacticum.

Questio IIII.

Utrum in actibꝰ moralibꝰ intellectꝰ pre
cedat voluntatē. ¶ Hic sunt dua viden
